Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Antiphonale et Graduale Schutterense - Cod. Schuttern 10

Ganter, Joachimus

[Schuttern], [18. Jahrh.]

Proprium de tempore

urn:nbn:de:bsz:31-72294

Visual Library

PROPRIUM DE TEMPORE.

SABBATO

Ante Dominicam I. Adventus.
Ad Veſperas.

Capitulum. *Rom. 13.*

FRatres, Hora eſt jam nos de ſomno ſúrgere. Nunc enim própior eſt noſtra ſalus, quã cùm credídimus.

Reſponſorium breve.

Oſtende nobis Domine * Miſeri-

cordiam tuam. ℣. Et ſalutare



tuum da nobis. ℣. Gloria Patri

& Filio, & Spiritui ſancto.

Hymnus.

COnditor alme ſiderum,

Æterna lux credentium,

Chriſte Redemptor omnium,

Exaudi preces ſupplicum.

Qui cóndolens intéritu
Mortis perire ſæculum,
Salvâſti mundum lánguidũ,
Donans reis remédium.

Vergénte mundi véſpere
Uti ſponſus de thálamo
Egreſſus honeſtíſſimâ
Virginis Matris clauſula.

Cujus forti poténtiæ
Genu curvántur ómnia
Cœléſtia, terréſtria
Nutu faténtur ſúbdita.

Te deprecâmur ágie,
Ventûre Judex ſæculi,
Conſérva nos in témpore
Hoſtis à telo pérfidi.

Laus, honor, virtus, glória
Deo Patri & Filio,
Sancto ſimul Paráclito,
In ſæculôrum ſæcula. Amen.

℣. Roráte cœli deſuper, & nubes pluant juſtum. ℟. Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

℟. breve, Hymnꝰ & verſus prædicti dicuntur per totum Adventum.

Ad Magnificat Antiph.



Ecce nomen Domini † ve-

-nit de longinquo, & claritas

ejus replet orbē terrarū. *i.*

Oratio.

EXcita, quǽſumus Dn̄e, potentiam tuam, & veni: * ut ab imminéntibus peccatorum noſtrôrum períĉulis te mereâmur protegénte éripi, * te liberánte ſalvári. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitâte Spíritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Coṁemorationes ſeu Suffragia Sanctorū non fiunt uſque poſt Octavam Epiphaniæ.

Ad Laudes & per Horas.

Antiphonæ. In illa die. ex Veſperis infra poſitis. Pſalmi. Miſerere mei Deus, &c. de Dom.

Antiph. 4. Omnes ſitientes † venite ad aquas: quærite Dominum, dum inveniri poteſt, alleluja. Benedicite omnia opera Dn̄i Domino, &c. dein Ant. 5. Ecce veniet. quod etiam obſervandū in ſeqq.

Capitulum. Fratres, Hora eſt. ſupra ex Veſp.

℟. breve. Veni ad liberándum nos, * Dómine Deus virtûtum. ℣. Oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus. Gloria Patri. &c.

Hymnus.

VOx clara ecce intonat
Obſcura quæque increpat,
Pellantur eminus ſomnia;
Ab æthere Chriſtus promicat.

Mens jam reſurgat torbida
Quæ ſorde extat ſaucia
Sidus refulget jam novum
Ut tollat omne noxium.

E ſurſum Agnus mittitur
Laxare gratis debitum
Omnes pro indulgentia
Vocem demus cū lacrymis.

Secundò ut cum fulſerit,
Mundúmque horror cinxerit,
Non pro reatu puniat,
Sed nos pius tunc protegat.

Laus, honor, virtus, gloria
Deo Patri & Filio,
Sancto ſimul Paraclito
In ſæculorum ſæcula. Amen.

℣. Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini. ℟. Rectas facite ſemitas ejus.

Ad Benedictus Antiph.

Spiritus ſanctus † in te deſcendet Maria: ne timeas, habebis in utero Filium Dei, alleluja.

Oratio. Excita. &c. ſupra.

Ad Tertiam.

Antiphona. Jucundare.

Capitulum. Fratres, Hora eſt. ſupra in Veſp.

℣. Veni ad liberándum nos Dn̄e Deus virtûtum. ℟. Oſténde fáciem tuam, & ſalvi érimus.

Ad Sextam.

Aniphona. Ecce Dominus.

Capitulum. *Rom. 13.*

NOx præceſſit, dies autem appropinquâvit: abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. ℟. Et ſalutare tuum da nobis.

Ad Nonam.

Antiphona. Ecce veniet.

Capitulum. *Rom. 13.*

Sicut in die honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilib9 & impudicitijs, non in contentione & æmulatione: ſed induimini Dñum Jeſũ Chriſtum. ℣. Super te Jeruſalem orietur Dominus. ℟. Et gloria ejus in te videbitur.

Ad Veſperas Antiphonæ.

IN il la die† ſtillabunt montes dulcedinem: & colles fluent lac & mel, alleluja. ꝏ.

Jucunda re† fi lia Sion & exulta ſatis filia Jeruſalem, alleluja. ꝏ.

Ecce Dominus veniet† & omnes Sancti ejus cum eo: & erit in die illa lux magna, alleluja. 5.

Ecce veniet† Propheta magn9 & ipſe renovabit Jeruſalem, alleluja. 4.

Cætera ut in I. Veſp. præter

Ad Magnificat Antiph.

Ne timeas Maria† inveniſti enim gra tiam apud Dominum: ecce conci pies, & paries filium, alleluja. ꝏ.

Oratio. Excita. &c. ſupra.

Ad Miſſam.

Introitus.

AD te levavi a nimã meam: Deus meus, in te confido non erubeſcam: neq; irrideant

me inimi ci mei: etenim univer-
ſi, qui te expectant non
confundetur.
Pſalmus.
Vias tuas Domine demonſtra mihi:
& ſemitas tuas edoce me. Gloria VIII.
Pro Graduali.
Alle lu ja, al le-
lu ja. Oſtende nobis Do-
mine miſericordiam tu-
am, & ſalutare tu-
um da no bis. allã. ab initio.
Offertorium.
Ad te levavi a nimam meam:
Deus meus, in te confido non e ru-
beſcam, neque irri deant me ini-
mici me i: e tenim univerſi,
qui te expectant, non confundentur.
Communio.
Dominus dabit benigni-
ta tem & terra noſtra da-

FERIA SECUNDA.

¶ ℟. brevia, Hymni & verſus omnes ad Laudes, Horas & Veſperas ſumuntur ex Dominica I. Adventus per totum Adventū. Oratio verò & Antiphonæ ad Horas ex Dominica præcedente, niſi aliter notetur.

Ad Benedictus Antiph.

Angelus Dómini † nuntiávit Maríæ, & concépit de Spíritu ſancto, allelúja.

℣. Vox clamántis in deſérto, Paráte viam Dómini. ℟. Rectas fácite ſémitas ejus.

Orat. Excita, quæſumus. infra.

Ad Tertiam.

Antiphona. Jucundare.

Capitulum. *Jer. 23.*

Ecce dies véniunt, dicit Dñs, & ſuſcitábo David germen juſtum: & regnábit Rex, & ſápiens erit: & fáciet judícium & juſtítiam in terra.

℣. Veni ad liberandum. &c.

Ad Sextam.

Antiph. Ecce Dominus.

Capitulum. *Jer. 23.*

In diēbꝰ illis ſalvábitur Juda, & Iſraël habitábit confidénter: & hoc eſt nomen, quod vocábunt eum, Dñs juſtus noſter.

℣. Oſtende nobis Domine. &c.

Ad Nonam.

Antiphon. Ecce veniet.

Capitulum. *Iſai. 14.*

Propè eſt, ut véniat tempus ejus, & dies ejus non elongabúntur: miſerébitur enim Dñus Jacob, & Iſraël ſalvábitur.

℣. Super te Jeruſalem. &c.

Ad Veſperas.

Antiph. Nos, qui vivimus. Pſalmi. In exitu Iſrael. cum reliquis ex Pſalterio.

Capitulum. *Gen. 49.*

Non auferétur ſceptrū de Juda, & dux de fémore ejus, donec véniat, qui mitténdus eſt: & ipſe erit expectátio géntium.

℟. breve & Hymnus ſupra in Dominica.

℣. Roráte cœli déſuper & nubes pluant juſtum. ℟. Aperiátur terra & gérminet Salvatórem.

Ad Magnificat Antiph.

Oratio.

Excita, quæſumus Dñe, poténtiam tuam, & veni: * ut ab imminéntibus peccatórū noſtrórum perículis te mereámur protegénte éripi, * te liberánte ſalvári. Qui vivis & regnas cū Deo Patre.

Miſſa per totam Hebdom. dicitur de Dom.

FERIA TERTIA

Ad Benedictus Ant.

Antequam convenírent, † invénta eſt María habens in útero de Spíritu ſancto, allelúja.

Ad Magnificat Ant.

Quærite Dominum † dum inveniri poteſt: invocate eum dum prope eſt, alla-

FERIA QUARTA

Ad Benedictus Aña.

De Sion † exibit lex, & verbū Domini de Jeruſalem.

Ad Magnificat Aña.

Veniet † fortior me poſt me, cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum.

FERIA QUINTA

Ad Benedictus Aña.

Benedicta tu † in mulieribꝰ, & benedictus fructus ventris tui.

Ad Magnificat Aña.

Expectabo Dominum † Salvatorem meum, & præſtolabor eum, dum prope eſt, alleluja.

FERIA SEXTA

Ad Benedictus Aña.

Ecce veniet † Deus & homo de domo David, ſedere in throno, alleluja. Ad Magnificat Aña.

Ex Ægypto † vocavi Filium meū: veniet ut ſalvet populum ſuum.

SABBATO.

Ad Benedictus Aña.

Sion † noli timêre, ecce Deus tuus véniet, allelúja.

Ad Veſperas.

Capitulum. *Rom. 15.*

FRatres, Quæcúnque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrínam ſcripta ſunt: ut per patiéntiam, & conſolatiônem ſcripturârum ſpem habeâmus.

℟. br. Hymnꝰ & verſus ex Dom. I. Advent.

Ad Magnificat Aña.

Veni Domine † viſitare nos in pace, ut lætemur coram te corde perfecto. 7.

Oratio.

Excita, Dómine, corda noſtra ad præparándas Unigéniti tui vias: * ut per ejus advéntum, * purificâtis tibi méntibus ſervíre mereâmur. Qui tecum vivit & regnat in unitate

DOMINICA II.

Adventus. ad Laud. & Horas.

Antiphonæ. Ecce in nubibus cœli. infra ex Veſp. Pſalmi. Miſerere mei Deus. &c.

Antiph. IV. Montes & colles † cantabunt coram Domino laudem, & omnia ligna ſilvarum plaudēt

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

mánibus: quóniam véniet domi-
nâtor Dóminus in regnum ætér-
num, allelúja, allelúja. Benedicite.
Capitulū. Fratres, quæcunque. ſup. in Veſp.
℟. br. & Hymnus ex Dom. I. Advent.
℣. Vox clamantis in deſerto &c.

Ad Benedictꝰ Aña.

Joánnes autem † cum audíſſet in vínculis ópera Chriſti, mittens duos ex diſcípulis ſuis, ait illi: Tu es, qui ventûrus es, an álium expectâmus?
Oratio Excita, Domine. ſupra.

Ad Tertiam.

Antiphon. Urbs fortitudinis.
Capitulum. Fratres, Quæcunque. ſupra.
℣. Veni ad liberandum. &c.

Ad Sextam.

Antiphon. Ecce apparebit.
Capitulum. *Rom. 15.*

Deus autem patiéntiæ & ſolátij det vobis idípſum ſápere in altérutrum ſecúndùm Jeſū Chriſtum: ut unánimes, uno ore honorificêtis Deū, & Patrem Dómini noſtri Jeſu Chriſti.
℣. Oſtende nobis Domine. &c.

Ad Nonam.

Antiph. Ecce Dominus.
Capitulum. *Rom. 15.*

Deus autem ſpei répleat vos omni gaúdio & pace in credéndo: ut abundétis in ſpe, & virtúte Spíritus ſancti.
℣. Super te Jeruſalem. &c.

In Veſperis Antiphonæ.

Ecce in nubibꝰ cœli † Dominus veniet cum poteſtate magna, alle luja. 2.

Urbs fortitudinis † noſtræ Sion, Salvator ponetur in ea murus & antemurale: aperite portas, quia nobiſcum Deꝰ, alleluja. 7.

Ecce apparebit † Dominꝰ & non mentietur: ſi moram fecerit, expecta eum, quia veniet, & non tardabit, alleluja. 7.

Ecce Dominus † noſter cum virtute veniet, & illuminabit oculos ſervorum ſuorū, alleluja.

Capitulum Fratres, Quæcunqꝫ
℟. breve. Hym. ex Dom. I. Adv.
℣. Rorate cœli deſuper. &c.
3.

Ad Magnificat Aña.

Tu es, qui venturus es? an a-

lium expectamus: dicite Joanni,
quæ vidiſtis: ad lumen redeunt
cœci, mortui reſurgunt, paupe-
res evangelizantur, alleluja. ω.
Ad Miſſam.
POpulus Sion, ec ce Do-
Introitus.
minꝰ ve niet ad ſalvandas
gentes, & auditam faciet Do-
minꝰ gloriã vo cis ſuæ,
in læti tia cor dis veſtri.
Pſalmus.
Qui regis Iſraël intende: qui deducis
velut ovem Joſeph. VII.
Pro Graduali.
Allelu ja, al le lu-
ja. Læta tus ſũ in
his, quæ di cta ſunt mi-
hi: in do mũ Domini
i bimus. al le lu ja.
Offertorium.
Deus tu convertens vivificabis nos:
& plebs tu a læta bitur in te: o.

ſten de no bis Domine miſericor di-



am tuam, & ſalutare tu ũ da nobis.

Communio.

Je ru ſalem ſurge & ſta in ex-

celſo & vi de jucunditatẽ,



quæ veniet ti bi à De o,



- tu o.



FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus Aña.

De cœlo veniet † Dominator dominus, & in manu ejus honor & imperium. Ad Magnificat.

Ecce veniet † Rex Dñꝰ terræ,



& ipſe auferet jugũ captivitatis nr̃æ

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus Aña.

Super te Jeruſalem † orietur Dóminus, & glória ejus in te videbitur. Ad Magnificat Aña.

Vox clamantis † in deſerto, parate vi-

am Dñi, rectas facite ſemitas Dei nr̃i.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus Antiph.

Ecce ego † mitto Angelum meum, qui præparâbit viam meã ante fáciem tuam.

Ad Magnificat. Aña.

Sion renovaberis † & videbis juſtũ



tuum, qui venturus eſt in te.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus Aña.

Tu es, qui ventûrus es, † Dñe, quem expectâmus, ut ſalvũ fácias populum tuum.

Ad Magnificat Aña.

Qui poſt me veniet † ante me factꝰ

eſt, cujus non ſum dignus calcea-

menta ſolvere.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus Aña.

Dícite, † puſillánimes, confortámini: ecce Dñꝰ Deꝰ noſter véniet.

Ad Magnificat Aña.

Cantate Domino † canticum no-

vum: laus ejus ab extremis terræ.

SABBATO.

Ad Benedictus Aña.

Levâbit Dñꝰ † ſignū in natiónibꝰ & congregâbit diſpérſos Iſraël.

Ad Veſperas.

Capitulum. *Philip. 4.*

FRatres, Gaudéte in Dómino ſemper, íterum dico, gaudête. Modéſtia veſtra nota ſit ómnibus homínibus: Dóminus enim propè eſt.

℞. br. Hym. & Verſus ex Dom. I. Adventus.

Ad Magnificat Aña.

Ante me † non eſt formatus

Deus, & poſt me non e rit:

quia mihi curvabitur omne ge-

nu, & confitebitur omnis lingua.

Niſi aſſumi debeat Antiphona major. O. quæ infra ponuntur. fol. 79.

ǐ. Oratio.

AUrem tuam, quæſumꝰ Dñe, précibus noſtris accómoda* & mentis noſtræ ténebras * grátia tuæ viſitatiônis illúſtra. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitâte.

DOMINICA III. ADventus ad Laudes & Horas.

Antiph. Veniet Dñꝰ. cum reliq. infra ex Veſp.

Antiph. IV. Montes † & omnes colles humiliabúntur: & erunt prava in dirécta, & áſpera in vias planas: veni Dómine, & noli tardare, alleluja. Cant. Benedicite.

Capitulū. Fratres, gaudete. ſupra in Veſp.

℞. br. & Hymnus ex Dominica I. Adventus.

℣. Vox clamantis. &c.

Ad Benedictus Aña.

Super ſólium † David, & ſuper regnum ejus, ſedébit in ætérnū, alleluja. Oratio ſuprà.

Ad Tertiam.

Antiphon. Jeruſalem gaude.

Capitulū. Fratres, Gaudete. ſupra in Veſp.

℣. Veni ad liberandum. &c.

Ad Sextam.

Antiph. Dabo in Sion. Capit. *Ibid.*

NIhil ſolíciti ſitis: ſed in omni oratiône & obſecratiône, cū gratiârum actiónê, petitiônes veſtræ innotéſcant apud Deū.

℣. Oſtende nobis Domine.

Ad Nonam.

Antiph. Juſte & pie.

Capitulum. *Philip. 4.*

ET pax Dei, quæ exúperat omnem ſenſum, cuſtódiat corda veſtra, & intelligéntias veſtras, in Chriſto Jeſu Domino noſtro.

℣. Super te Jeruſalem.

In Veſperis Antiphonæ.

VEniet Dominus † & non-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

tardabit, & illuminabit abſcon-
dita tenebrarum, & manifeſta-
bit ſe ad omnes gentes, allelu-
ja. 1.

Jeruſalem gaude † gaudio mag-
no, quia veniet tibi Salvator,
alleluja. ω.

Dabo in Sion † ſalutem, & in
Jeruſalem gloriam meam, al-
leluja. ω.

Juſtè & piè vivamus † expec-
tantes beatam ſpem & adven-
tum Domini. 2.

℟. br. Hymnus, & verſus ex Dom. I. Advent.

Ad Magnificat. Aña.

Beata es Ma ria † quæ credidi-
ſti Domino: perficientur in te,
quæ dicta ſunt tibi à Domino,
alle luja. ω. Niſi dicenda ſit Antiph: O.

Ad Miſſam.

Introitus.

Gaudete in Domino
ſemper: iterum dico gau dete:
modeſtia veſtra nota ſit omnibꝰ
homi nibus. Dn̄ꝰ enim pro-
pè eſt. nihil ſolli ci ti ſitis, ſed

in om ni oratio ne petiti-
o nes veſtræ innoteſcant
apud De um.
Pſalmus.
Benedixiſti Domine terram tuam:
avertiſti captivitatem Jacob. T.
Pro Graduali.
Alle lu ja, al le lu-
-ja. Excita Do mine po-
ten tiam tu am, & ve-
ni: ut ſalvos fa cias
nos. al le lu ja.
Offertorium.
Benedixi ſti Do mine ter ram
tu am: avertiſti capivita tem
Jac ob: remiſi ſti iniquitatem ple-
Communio.
- bis tu æ.
Di cite puſillanimis: confor-
ta mini & nolite time-
- re: ecce Deus noſter ve-

niet & ſalvabit nos.

Antiphonæ majores.

Dicendæ ante & poſt Magnificat integrè à Die xvij. Decembris uſq; ad xxiij. incluſivè, ita, ut aliæ Antiphonæ ad Magnificat ſuis in locis poſitæ his cedant illo anno.

Die xvij. Decemb.

O Sapientia, † quæ ex ore Altiſſimi prodiiſti, attingens à fine uſque ad finē, fortiter ſuaviterq; diſponens omnia: veni ad docendum nos viam prudentiæ. 2.

Die xviij. Decemb.

O Adonaï † & dux domus Iſraël, qui Moyſi in igne flamæ rubi apparuiſti, & ei in Sina legem dediſti: veni ad redimendum nos in brachio extento. 2.

Die xviiij. Decemb.

O Radix Jeſſe, † qui ſtas in ſignum populorum, ſuper quem continebunt reges os ſuum, quem gentes deprecabuntur: veni ad liberandum nos, jam noli tardare. 2.

Die xx. Decemb.

O Clavis David, † & ſceptrum domus Iſraël, qui aperis, & nemo claudit, claudis & nemo aperit: veni & educ vinctū de domo carceris ſedentem

in tenebris & umbra mortis. 2.

Die xxj. Decembris.

O Oriens † ſplendor lucis æternæ, & ſol juſtitiæ: veni & illumina ſedentes in tenebris & umbra mortis. 2.

Die xxij. Decemb.

O Rex gentium † & deſideratus earum, lapiſq́ angularis, qui facis utraque unū, veni & ſalva hominem, quem de limo formaſti. 2.

Die xxiij. Decemb.

O Emanuel, † Rex & legifer noſter, expectatio gentium, & ſalvator earum: veni ad ſalvandum nos Domine Deus noſter. 2.

§. Sunt quidem & aliæ Antiphonæ propriæ ad Laudes & Horas, quæ incipiunt Die xvij. Decemb. uſq; ad diem ante Vigiliam Nativitat. D. Sed quia ob tranſlationem plurium Feſtorum Sanctorum vix aut nunquam in iſtis diebus Officium de Feria fieri contingat, ideo eas huc apponere non putabamus. vide Breviarium.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus. Aña.

Egredietur † virga de radice Jeſſe, & replébitur omnis terra glória Dómini: & vidêbit omnis caro ſalutare Dei. Ad Magnificat.

Beatam me dicent † omnes generationes: quia ancillam humilem reſpexit Deus. Niſi dicenda ſit Antiphona ex major. O.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus Aña.

Tu Béthlehem † terra Juda non eris mínima: ex te enim éxiet dux, qui regat populū meū Iſraël.

Ad Magnificat Aña.

Elevare † elevare, conſurge Jeruſalem: ſolve vincula colli tui captiva filia Sion. Niſi dicenda ſit Antiph. O.

FERIA QUARTA.

Quatuor Temporũ.

¶. In hac Angaria Schutteræ celebratur Anniverſarium funebre pro omnibus Defunct. Benefactoribꝯ Monaſterij. Dicitur integrum Officium Defunct. Miſſa Solemn. de Requiẽ. cũ Statione ad Feretrum.

Ad Benedictus Añã.

Miſſus eſt † Gábriel Ángelus ad Mariam Vírginem deſponſâtã Joſeph.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: ut redemptiônis noſtræ ventûra ſolémnitas, & præſéntis nobis vitæ ſubſídia cónferat, & ætérnæ beatitúdinis prǽmia largiâtur. Per Dñm.

Et dicitur ad Horas uſq; ad Veſperas.

Ad Miſſam.

Introitus. Rorate cœli. vide inf. f. cvi.

Poſt Lectionem.

T O llite portas prin cipes ve-
-ſtras, & eleva mini por tæ æ
terna les, & introi bit Rex
glo ri æ.

Graduale.

P Ropè eſt Dominꝰ omnibꝰ in-
vocantibus e um, omnibꝰ, qui
invocant e um in verita te.

Offertor. C Onforta mini & jam
nolite timere: ec ce e nim Deꝰ
noſter retribuet judi cium: ipſe
ve niet, & ſalvos nos fa ci et.

Communio.

E cce Virgo concipiet, & pa riet
filium, & voca bitur nomen
e jus E ma nuel.

Ad Magnificat Añã.

E cce ancilla Domini † fiat mihi
ſecundùm verbum tuum. O.

Niſi dicenda ſit Antiphon. O.

Oratio Aurem tuam. ex Dom. præced.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus Antiph.

V igilâte ánimo, † in próximo eſt Dóminus Deus noſter.

Niſi occurrat feſtum vel ſit Dies xxj. Decembris: quia tunc erit Antiph. Nolite timere, quinta enim die veniet ad vos Dominus noſter. quod etiam in ſequentibꝯ eſt obſervandũ.

Ad Magnificat Añã.

L ætamini † cum Jeruſalem, & ex-
ultate in ea omnes, qui diligitis
eam in æternum. O.

Niſi dicenda ſit Antiphona. O.

FERIA SEXTA

Quatuor temp. Ad Bened. Aña.

Ex quo facta eſt † vox ſalutatiônis tuæ in áuribꝰ meis, exultâvit in gáudio infans in útero meo, allelúja. Oratio.

Excita, quǽſumꝰ Dñe, poténtiam tuam, & veni: ut hi, qui in tua pietâte confídunt, ab omni citiùs adverſitâte liberéntur. Qui vivis & regnas cũ Deo Patre. & dicitur uſq; ad Veſper.

Ad Miſſam Introitus.

PRope es tu Do mine, & omnes viæ tuæ veritas: i nitio cogno vi de teſtimonijs tu is, quia in æternum tu es. Pſ. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. IV. Graduale.

Oſtende nobis Do mine miſericordiam tu am: & ſalutare tu um da no bis.

Offertorium. Deus tu converſ. vide Communio.

Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti ejus cum e o: & erit in die illa lux mag na.

Ad Magnificat Aña.

Hoc eſt teſtimonium, † quod perhibuit Joannes: qui poſt me venit ante me factus eſt. Niſi dicatur Antiph. O. Oratio ex Dom. præc.

SABBATO.

Quatuor temp. Ad Bened. Aña.

Quómodo fiet iſtud † Angele Dei, quóniam virum non cognóſco? Audi Maria Virgo: Spíritꝰ ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altíſſimi obumbrâbit tibi.

Niſi dicenda ſit Antiph. Nolite timere, vel niſi hæc fuerit dies ante Vigiliam Nativitat. quia tunc diceretur Antiph. Ecce completa quod etiam obſervetur in ſequentibꝰ diebꝰ.

Oratio.

Deus, qui conſpicis, quia ex noſtra pravitâte affligimur: concéde propitius; ut ex tua viſitatiône conſolêmur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre. & dicitur uſque ad Veſperas.

Ad Miſſam Introitus.

Veni, & oſtende nobis fa-

ciem tuam Domine, qui ſedes ſu-
per Cherubim, & ſalvi e rimus.
Pſ. Qui regis Iſraël intende: qui de-
ducis velut ovem Joſeph. II.
Poſt I. Lectionem.
A ſummo cœlo egreſ ſi-
o e jus, & occurſus e
jus uſq; ad ſummum e jus.
Poſt II. Lectionem.
In ſole poſuit tabernacu-
lum ſu um, & ipſe tanquam
ſponſus procedens de thalamo ſu-
o.
Poſt III. Lectionẽ.
Domine Deus
virtutum converte nos, & oſten-
de faciem tuam, & ſal vi e -
rimus.
Poſt IV. Lectionẽ.
Excita Do-
mine poten tiam tu am & ve-
ni, ut ſalvos fa cias nos.
Poſt V. Lectionẽ cantatur ſequens Hymnus.
Bene dictus es Domi-
ne Deus patrum no ſtrorum.
Sequens ℟. quandoque repetitur.
℟. Et laudabilis & glorioſus
in ſæ cula. Et be nedictum nomẽ
gloriæ tuæ, quod eſt ſanctum. ℟. Et
laudabile, & glorioſum in ſæ cula.
℣. Benedictus es in templo ſancto
gloriæ tu æ. Et laudabilis. ut ſupra. ℣. Benedictus
es ſuper thronũ ſanctum regni
tui. Et laudabilis. ut ſupra. ℣. Benedictus es ſuper
ſceptrum divinita tis tuæ. Et laudab. ut ſupra.
℣. Benedictus es, qui ſedes ſuper

Cherubim intuens abyſſos. *Et laudab. ut ſupra.*

℣. Benedictus es, qui ambulas ſuper pennas ventorū, & ſuper undas maris. *Et laudabilis. ut ſupra.* ℣. Benedicant te omnes Angeli & Sancti tui * Et laudent te & glorificent in ſæcula. ℣. Benedicant te cœli, terra, mare, & omnia quæ in eis ſunt. *Et laudent. ut ſupra* * ℣. Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. * Et laudabili & glorioſo in ſæcula. * Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, amen. *Et laudabili ut paulò ſupra.* ℣. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum. *Et laudabilis. ut ut initio.*

Graduale.

Qui regis Iſraël, intende: qui deducis velut ovem, Joſeph.

Offertorium.

Exulta ſatis filia Sion: prædica filia Jeruſalem: ecce Rex tuus venit tibi ſanctus & ſalvator.

Communio.

Exultavit ut gigas ad currendam viam: à ſummo cœlo egreſſio ejus, & occurſus ejus, uſque ad ſummum ejus.

Ad Veſperas.

Capitulum. *1. Corint. 4.*

FRratres, Sic nos exiſtimet homo, ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorū Dei. Hic jam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inveniatur.

℟. br. Hymnus & Verſus ex Dom. I. Advent. Ad Magnificat Antiphona O.

Oratio.

Excita, quæſumus Domine potentiam tuam & veni, & magnâ nobis virtute ſuccurre. *

ut per auxilium grátiæ tuæ, * quod noſtra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiônis accéleret. Qui vivis & regnas.

DOMINICA IV. ADVENTÛS. Ad Laudes & Horas.

Antiph. Canite tuba. infra ex Veſperis.

Antiph. IV. Dóminus véniet, † occúrrite illi, dicéntes: Magnum principium, & regni ejus non erit finis: Deus, fortis, dominâtor, princeps pacis, alla, alla.

Capitulũ. Fratres, Sic nos exiſtimet. ſupra ℟. br. & Hymnus ex Dom. I. Adventus.

℣. Vox clamantis in deſerto.

Ad Benedictus Aña.

Ave Maria † grátia plena Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus, allelúja.

Niſi dicenda ſit Antiphon. Nolite timere. vel. Ecce compléta ſunt † ómnia quæ dicta ſunt, per Angelũ de Virgine Maria. Oratio ut ſup.

Ad Tertiam.

Antiph. Ecce veniet.

Capitulũ. Fratres, Sic nos exiſtimet.

℣. Veni ad liberandum.

Ad Sextam.

Antiph. Erunt prava.

Capitulum. 1. Cor. 4.

Mihi autem pro mínimo eſt, ut à vobis júdicer, aut ab humáno die: ſed neque meípſum júdico.

℣. Oſtende nobis Domine.

Ad Nonam.

Antiphon. Omnipotens.

Capitulum. 1. Cor. 4.

Itaque nolîte ante tempus judicâre, quoadúſque véniat Dómin9: qui & illuminâbit abſcóndita tenebrârum, & manifeſtâbit conſília córdium, & tunc laus erit unicuíq; à Deo.

℣. Super te Jeruſalem.

Ad Veſperas Antiph.

C Anite tuba † in Si-

on, quia propè eſt dies Do-

mini: ecce ve niet ad ſalvan-

dum nos, alleluja, alleluja. 1.

Ecce veniet deſideratus † cun-

ctis gentibus, & replebitur glo-

ria dom9 Domini, alleluja. 1.

Erunt prava † in directa & a-

ſpera in vias planas: veni Do-

mine, & noli tardare, alleluja.

1.

Omnipotens † ſermo tuus



Capit. Fratres, Si nos exiſtimet. ut ſupra & br. Hymnus & Verſus ex Dom. I. Advent. Antiphona ad Magnificat. O.

Ad Miſſam.

Pſalmus.



Pro Graduali.



Offertor. Ave Maria. folio. lxxvj.
Communio. Ecce Virgo concipiet. ibid.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus Aña.

Dicit Dóminus: † Pœniténtiam ágite: appropinquâvit enim regnum cœlórum, allelúja. Niſi dicenda ſit Ant. Nolite timere, vel Ecce completa ſunt.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus Aña.

Conſúrge † conſúrge indúere fortitúdinem bráchium Dñi. Niſi dicenda ſit Ant. Nolite timere. vel. Ecce completa ſunt.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus Aña.

Ponam in Sion † ſalútem, & in Jerúſalem glóriam meam, alla. Niſi dicenda ſit: Nolite timere. vel Ecce completa ſunt.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus Antiphona.

Conſolámini † conſolámini pópule meꝰ, dicit Dñꝰ Deꝰ veſter.
Niſi dicenda ſit Aña. Ecce completa.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus Aña.

Ecce complêta ſunt † ómnia, quæ dicta ſunt per Angelum de Vírgine María.

IN VIGILIA

Nativitatis Domini. duplex.

Ad Laudes & Horas Añæ.

Judæa & Jeruſalem † nolíte timêre: cras egrediémini, & Dñꝰ erit vobíſcum, alleluja.
Pſalm. Dominus regnavit. de Dominica.

Antiph. Hódie ſciêtis, † quia véniet Dóminus: & mane vidébitis glóriam ejus.

Cráſtina die † delébitur iníquitas terræ, & regnâbit ſuper nos Salvâtor mundi.

Dóminus véniet, † occúrrite illi, dicéntes: Magnum princípium, & regni ejus non erit finis: Deus, fortis, Dominâtor, Princeps pacis, alleluja.

Cráſtina erit † vobis ſalus: dicit Dóminꝰ Deus exercítuum.

Capitulum. *Rom. i*

Paulus ſervus Jeſu Chriſti, vocatus Apóſtolus, ſegregátus in Evángelium Dei, quod ante promiſerat per Prophétas ſuos in Scriptúris ſanctis de Fílio ſuo, qui factus eſt ei ex ſémine David ſecũdùm carnem.

℟. br. Hódie ſciêtis, * quia véniet Dóminus. ℣. Et mane vidébitis glóriam ejus. Glória Patri.
Hymnus. Vox clara ecce intonat. fol.

℣. Cráſtina die delébitur iníquitas terræ. ℟. Et regnâbit ſuper nos Salvâtor mundi.

Ad Benedictus Aña.

Oriêtur † ſicut ſol Salvator mundi: & deſcéndet in úterũ Vírginis, ſicut imber ſuper gramen, alleluja.

Oratio.

Deus, qui nos Redemptiônis noſtræ ánnuâ expectatióne lætíficas: præſta, ut Unigénitum tuum, quem Redemptórem læti ſuſcípimus, veniéntem quoque Júdicem ſecúri videâmus, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum.
& dicitur ad Horas diei.
Prima dicitur ut in Duplicibus. Ad Abſolutionem Capituli dicitur Capit. Nonæ.

Ad Tertiam.

Antiph. Hodie ſcietis.
Capitulum Paulus ſervus. ut ſupra.
℣. Conſtántes eſtôte. ℟. Vidébitis auxílium Dómini ſuper vos.

Ad Sextam.

Antiph. Craſtina die.
Capitulum. *Rom. i*

Qui prædeſtinâtus eſt Filius Dei in virtûte ſecúndũ Spíritum ſanctificatiônis, ex reſurrectiône mortuôrum Jeſu Chriſti Dómini noſtri.
℣. Cráſtina erit vobis ſalus.
℟. Dicit Dñꝰ Deus exercítuum.

Ad Nonam.

Antiph. Craſtina erit.
Capitulum. *Rom. i*

Per quem accépimus grátiã & Apoſtolátum ad obediéndum fidei in ómnibus Géntibꝰ pro nómine ejus, in quibus eſtis & vos vocáti Jeſu Chriſti Dómini noſtri.

℣. Cráſtinâ die delébitur iniquitas terræ. ℟. Et regnábit ſuper nos Salvator mundi.

Ad Miſſam.

alle lu ja.

Offertorium

Tollite por tas principes veſtras, & eleva mini portæ æterna- les, & introi bit Rex glo riæ.

Communio.

Revelabitur glo ria Domini & vide bit omnis caro ſalu ta- re De i noſtri.

AD VESPERAS

Antiphonæ.

REx pacificus† mag- nificatus eſt, cujus vultum deſiderat u niverſa terra. *Dixit Dominus.* 8.

Magnificatus eſt †Rex pacifi- cus ſuper omnes reges univer- ſæ terræ. 7.

Scitote †quia propè eſt regnũ Dei: amen dico vobis, quia nõ tardabit. 8

Levate capita veſtra:† ecce ap- propinquat redemptio veſtra. 2.

Capitulum. *Tit. 3.*

APpáruit benígnitas & humánitas Salvatôris noſtri Dei, non ex opéribus juſtítiæ, quæ fécimus nos, ſed ſecúndùm miſericórdiam ſuam ſalvos nos fecit.

Reſponſ. breve.

Hodie ſcietis, * quia veniet

Dominus. ℣. Et manè videbitis gloriam ejus.

Hymnus. Chriſte Redemptor. infra fol. 96.

℣. Cráſtina die delébitur iniquitas terræ. ℟. Et regnâbit ſuper nos Salvâtor mundi.

Ad Magnificat Aña.

Cum ortus fuerit † ſol de cœlo, videbitis Regem regum procedentem à Patre tanquam Sponſū de thalamo ſuo. ꝏ.

Oratio.

Concede quæſumus omnipotens Deus: * ut nos Unigéniti tui nova per carnē natívitas líberet, * quos ſub peccáti jugo vetúſta ſérvitꝰ tenet. Per eúmdem Dóminum.

Ab hac die uſque ad Epiphaniam in fine Hymnorum ejusdem metri dicitur:

Glória tibi Domine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & ſancto Sp̄ritu
In ſempitérna ſǽcula, amen.

Cras dicuntur tres Miſſæ. Poſt Matutinum cantato Te Deum &c. Evangelij textu, Te decet laus. &c. & Oratione, dicitur Dominus vobiſcum. &c. cantatur Benedicamus Domino. in tono I. claſſis; & celebratur ſtatim I. Miſſa poſt mediam noctem. Qua finita cantantur Laudes, incipiendo immediatè à ℣. Deus in adjutorium. &c. Miſſa II. in aurora celebr. poſt Primā Can. III. horâ conſuetâ.

IN S. NOCTE NATIVITATIS D.

Ad I. Miſſam.

Introitus.

Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Pſalmus.

Quare fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania. II.

Pro Graduali.

Alleluja, alleluja. Dominꝰ dixit ad me

Filius meus es tu: ego hodie genui te. alla.

Offertorium.

Lætentur cæli, & exultet terra ante faciem Domini; quoniam venit.

Communio.

In ſplendoribus Sanctorū ex utero ante luciferum genui te.

IN AURORA.
Miſſa Secunda
Introitus.

Lux fulgebit hodie ſuper nos: quia natus eſt nobis Dominꝰ, & vocabitur Admirabilis, Deus, Princeps pacis, Pater futuri ſæculi: cujus regni non erit finis.

Pſalmus.

Dominus regnavit decorem indutus eſt: indutus eſt Dnꝰ fortitudinē, & præcinxit ſe. VIII.

Pro Graduali.

Alle lu ja, al le lu - ja. Do minꝯ regnavit de core in duit: in duit Dn̄ꝯ for titu dinē, & præcinxit ſe vir tu te. alle lu ja.

Offertorium.

De us firmavit orbē ter rarū, qui non cōmovebitur: para ta ſedes tua Deꝯ ex tunc, à ſæculo tu es.

Communio.

Exul ta filia Sion: lauda filia Jeruſalem: ecce Rex tuus venit ſanctus, & Salvator mun di.

Miſſam III. In Die vide infra poſt Veſperas Diei. folio. 90.

IN FESTO S. NATIVITATIS DOMINI.

DUPLEX I. CLASS.

Ad Laudes & Horas Añæ.

Uem vidiſtis† Paſtores? dicite, annunciate nobis, in terris quis apparuit? Natum vidimus & choros Angelorum collaudantes Dominum, alleluja, alleluja. 2.

Genuit Puerpera† Regem, cui nomen æternum, & gaudia matris habens cum Virginitatis honore: nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, alleluja. 2.

Angelus ad paſtores a it:† annuntio vobis gaudium magnum: quia natus eſt vobis hodie Salvator mundi, alleluja. 7.

Fa cta eſt† cum Angelo multitudo cœleſtis Exercitus lau-

dantium Deum & dicentium:

Gloria in excelſis Deo, & inter-

ra pax homi nibus bonæ vo-

luntatis, alleluja. 7.

Parvulus Filius † hodie na-

tus eſt nobis: & vocabitur

Deus, fortis, alleluja, alle-

luja. ω.

Capitulum Hebr. 1.

Multifáriàm, multíſque modis, olim Deus loquens Pátribus in Prophétis: noviſſimè diébus iſtis locûtus eſt nobis in Filio, quem conſtituit herêdem univerſôrum, per quem fecit & ſæcula.

Reſponſorium br.

Verbum caro factum eſt, * Al-

leluja, alleluja. ℣. Et habita-



vit in nobis. Gl.

Sequens Hymnus cantur in eo tono, quo Hym. infra ad Veſperas.

Hymnus.

A Solis ortus cárdine
Ad uſque terræ límitem
Chriſtū canâmus Príncipē
Natum María Vírgine.
Beâtus Auctor ſæculi
Servíle corpus índuit:
Ut carne carnē líberans,
Ne perderet, quos cóndidit.
Caſtæ Paréntis víſcera
Cæléſtis intrat grátia:
Venter Puéllæ bájulat
Secréta, quæ non nóverat.
Domus pudíci péctoris
Templum repéntè fit Dei:
Intácta néſciens virum
Verbo concépit Fílium.
Eníxa eſt Puérpera,
Quem Gábriel prædíxerat
Quē Matris alvo géſtiens
Clauſus Joannes ſénſerat.
Fœno jacére pértulit
Præſépe non abhórruit,
Parvóque Lacte paſtus eſt,
Per quem nec ales éſurit.
Gaudet Chorus cæléſtium
Et Angeli canunt Deo,
Palámque fit paſtóribus
Paſtor, Creator ómnium.
Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine,
Cum Patre & Sancto Spíritu
In ſempitérna ſæcula. amen.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúja.
℟. Salutâre ſuum, allelúja.

Ad Benedictus Antiphona.

Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, alleluja, alleluja.

co.

Oratio.

Concêde quæſumus omnípotens Deus: * ut nos Unigéniti tui nova per carnem nativitas líberet, * quos ſub peccáti jugo vetúſta ſérvitus tenet. Per eúmdem Dóminum.

Poſt Primam Can. celebratur II. Miſſa in Aurora, ut ſuprà.

Ad Tertiam.

Antiphona. Genuit Puerpera.
Capitulum. Multifariàm. ut ſuprà.

℣. Verbum caro factum eſt, allelúja. ℟. Et habitâvit in nobis, allelúja.

Ad Sextam.

Antiphona. Angelus ad paſtores.
Capitulum. *Hebr. 1.*

Et: Tu in princípio Dómine terram fundâſti: & ópera mánuum tuârum ſunt cæli.

℣. Notum fecit Dóminus, allelúja. ℟. Salutâre ſuum, allelúja.

Ad Nonam.

Antiphona. Parvulus Filius.
Capitulum. *Hebr. 1.*

Ipſi períbunt, tu autem permanêbis, & omnes ſicut veſtiméntum veteráſcent: & velut amíctum mutabis eos, & mutabúntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.

℣. Vidérunt omnes fines terræ allel. ℟. Salutare Dei noſtri, all.

AD VESPERAS ANT.

Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorum ex utero ante luciferum genui te.

Dixit Dominus.

A. Redemptionem miſit Dominus populo ſuo, mandavit in æternum teſtamentum ſuum. *Confitebor.*

7. Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde: miſericors & miſerator & juſtus Dominus.

Beatus vir. 7.

Apud Dominum † miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. *De profundis.* 4. [Die ſequenti erit quarto loco] Antiphona

De fructu † ventris tui ponam ſuper ſedē tuam. *Memento.* 8.

Et tertio die reſumitur Antiph. Apud Dominum. cum ſuo Pſalm. & ſic alternatim dicuntur per totam Octavam etiam in Officio Sanctor. Capit: Multifariàm. & ℟. br. ſup. ex Laud.

Hymnus.

Chriſte Redemptor omniū,
Ex Patre Patris Unice,
Solus ante principium †
Natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu ſplendor Patris,
Tu ſpes perénnis ómniū,
Intende quas fundunt preces
Tui per orbem fámuli.

Meménto ſalútis Auctor,
Quòd noſtri quondā corporis,
Ex illibâta Vírgine
Naſcéndo formā ſúmpſeris.

Sic præſens teſtátur dies
Currens per anni círculū,
Quod ſolus à ſede Patris
Mundi ſalus advéneris.

Hunc cælū, terra, hunc mare,
Hunc omne, quod in eis eſt,
Auctórem advéntus tui
Laudans exúltat cántico.

Nos quoque, qui ſancto tuo
Redémpti Sánguine ſumus,
Ob diem Natalis tui
Hymnum novum concínimus.

Glória tibi Dómine,
Qui natus es de Vírgine
Cū Patre & Sĉto Spíritu
In ſempitérna ſæcula. amē.

℣. Notum fecit Dóminus, allā.
℟. Salutâre ſuum, allelúja.

Ad Magnificat Aña.

Hodie Chriſtus † natus eſt: hodie Salvator apparuit: hodie in terra canunt Angeli, lætantur Archangeli: hodie exultant juſti dicentes: Gloria in excelſis Deo, alleluja. 7.

Comem. S. Stephani M. vide in Proprio Sanctorum. idem dicendum de ſeqq. feſtis.

Ad Proceſſionem.

Ad Miſſam III. In Die.

Introitus.

Pro Graduali.



Communio.

DOMINICA INFRA Octavam Nativit. D. Sem.

¶. De hac Dominica nihil fit in feſtis S. Stephani, S. Joannis, & SS. Innocentium, nec in Sabbato poſt Nativitatem (in quo fit de Die infra Octavam Nativ.) [illegible] ſi feſtum S. Sylveſtri venerit in Dominica ipſa, tunc enim de Dominica in primis Veſp. & Laud. fit tantùm Cōmem. ante omnes cōmem. Octavarũ. Sed die poſt feſtum S. Thomæ, ſi non ſit Sabbatũ, ut dictum eſt. vel etiam in ipſa Dominica, ubi aliàs celebraretur feſtum S. Thomæ, quod dein transferretur in ſequentem feriã ſecundam.

In ij. Veſperis S. Thomæ juxta ſuperiorem Rubricam, Antiphonæ Tecum principium cum reliquis de Nativitate. folio. 95.

Capitulum. *Gal. 4.*

FRatres, Quanto témpore heres párvulus eſt, nihil differt à ſervo, cum ſit dóminus ómnium: ſed ſub tutóribus & actóribus eſt, uſque ad præfinitum tempus à Patre.

℟. br. Verbum caro factum eſt. Hymn9. Chriſte Redemptor. ℣. Notum fecit. ſup. fol. 96.

Ad Magnificat Aña.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deꝰ, dírige actus noſtros in beneplácito tuo: * ut in nómine diléċti Fílij tui * mereâmur bonis opéribus abundâre. Per eúmdem Dóminum.

Dein fit Cōmem. S. Thomæ ut in Prop. SS. Poſtea Octavæ Nativ. Hodie Chriſtus natꝰ.

℣. Vidérunt omnes fines terræ allelúja. ℟. Salutâre Dei noſtri, allelúja. Oratio. Concede. &c. Dein Octavarum S. Stephani, S. Joannis & SS. Innocentium, ut in proprio Sanct.

Ad Laudes & Horas Antiph. Quem vidiſtis. &c. folio. 93.

Capitulum. Fratres, Quanto tempore.
℟. br. Notum fecit Dóminus, * Allelúja, allelúja. ℣. Salutáre ſuum. all. all. ℣. Glória Patri.
Hymn9. A ſolis ortus cardine. ſup. f. 94.
℣. Verbum caro factum eſt, all.
℟. Et habitâvit in nobis, allelúja.

Ad Benedictus Aña.

Dum medium ſilentiū. ſupra.
Oratio ut ſupra. Dein fit coṁ: Octavæ Nat. Gloria in excelſis Deo. Notum fecit. &c & aliarum Octavarum.

Ad Primam.

Antiph. Quem vidiſtis. Ad Abſolutionem Capituli dicitur Capitulum Nonæ, ut infra.

Ad Tertiam.

Antiphona. Genuit Puerpera.
Capitulum. Fratres, Quanto tempore.
℣. Verbum caro factum.

Ad Sextam.

Antiphona. Angelus ad paſtores. Cap. Gal. 4.

AT ubi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Filiū ſuum, factum ex Mulíere, factū ſub lege: ut eos, qui ſub lege erant redímeret: ut adoptiônem filiórum reciperêmus.
℣. Notum fecit.

Ad Nonam.

Antiphona. Parvulus Filius.
Capitulum. Gal. 4.

ITaque jam non eſt ſervus, ſed filius: quòd ſi filius, & heres per Deum.
℣. Viderunt omnes fines.

Ad Veſperas.

Antiphonæ. Tecum principium. de Nat. Quod ſi ſequenti celebratur feſtum S. Thomæ, de hoc fit tantùm commem. Si autem ſequatur feſtum Sylveſtri, prædictæ Antiphonæ duplicantur, & à Capitulo fit de S. Sylveſtro cum coṁem. Officij Dominicæ & Octavarū. Si ſequatur feſtum S. Thomæ, Capitulum Fratres, Quanto tempore. cum reliq. ex I. Veſp.

Ad Magnificat Aña.





Ad Miſſam.

Introitus.

Dominus regnavit decorem indutus eſt: indutus eſt Dñs fortitudinem & præcinxit ſe. VIII.

Pro Graduali. Allel. all. Dominus regnavit. ſup. fol. 92.

Offertorium. Deus firmavit. &c. ibidem.

Communio.

Tolle puerum & matrem ejus & vade in terram Iſraël, defuncti ſunt enim, qui quærebãt animam pueri.

DIE INFRA OCTAV.

Nativitatis Domini.

Scilicet, quando poſt feſtum S. Thomæ fuerit Sabbatum, tunc in II. Veſp. S. Thomæ, omnia dicuntur ſicut in II. Veſp. diei Nativitatis per modũ ſemiduplicis. Dein fit Cõmem. S. Thomæ, & aliarum Octavarum.

Ad Laudes (in quibus fit cõmem. aliarũ Octavarũ.) omnia ut in Die, ſicut et ad Horas.

Miſſa Puer natus eſt nobis. ſup. fol. 90.

Veſperæ duplicantur. Tecum principium. A Capitulo fit de S. Sylveſtro. Dein fit Cõm. Dominicæ tum Octavæ Nativ: demum etiã aliarum Octav.

IN FESTO CIRCUMCISIONIS ET OCTAVA NATIVITATIS DOMINI.

Duplex II. Claſſis.

Ad Veſperas.

Antiphonæ. O Admirabile commercium. cum reliquis ex Laudibus. Pſalmi: Dixit Dominus. Laudate pueri. Lætatus ſum. Niſi Dominus.

Capitulum. *Tit. 2.*

APpáruit grátia Dei Salvatòris noſtri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut abnegántes impietàtem, & ſæculária deſidéria, ſóbriè, & juſtè, & piè vivàmus in hoc ſæculo. ℟. Deo grátias.

℟. breve. Verbum caro factum eſt. Hymnus Chriſte Redemptor omnium ℣. Notũ fecit. ut in feſto Nativitatis ad Veſp. fol. 96.

Ad Magnificat Añа.

Propter nimiam † charitatem ſuam, qua dilexit nos Deus, Filium ſuum mi ſit in ſimi-

litu dinem carnis peccati,
alle luja. ℣.

Oratio.

DEus, qui ſalûtis ætérnæ beâtæ Mariæ Virginitâte fœcúnda, humáno géneri prǽmia præſtitíſti: * tribue quæſumꝰ; * ut ipſam pro nobis intercédere ſentiâmus, per quam merúimꝰ Auctôrem vitæ ſuſcípere, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ Filium tuum. Qui tecum vivit.

Et non fit aliqua Commemoratio.

Ad Laud: & Horas Añæ.

O Admirabile com̃ercium! †Creator generis humani animatum corpus ſumens de Virgine naſci dignatus eſt: & procedens homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuã Deitatem. 6.

Quando natus es † ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ ſunt ſcripturæ: ſicut pluvia in vellus deſcendiſti, ut ſalvum faceres genus humanum: te laudamus Deꝰ noſter. 3.

Rubum, quem viderat Moyſes † incombuſtum, conſervatã agnovimus tuam laudabilẽ Virginitatem: Dei Genitrix intercede pro nobis. 4.

Germinâvit † radix Jeſſe: orta eſt ſtella ex Jacob: Virgo péperit Salvatôrem: te laudâmꝰ Deus noſter. *Benedicite.*

Ecce Maria † genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit dicens: Ecce Agnus Dei, ecce, qui tol-

lit peccata mundi, alleluja.

Capitulum. Apparuit Gratia Dei. ſupra ex Veſp:

2.

℟. br. Notum fecit Dominus, * Alleluja, alleluja. ℣. Salutare ſuum. all. all. ℣. Gloria &c.

Hymnus. A ſolis ortus cardine. fol. 94.

℣. Verbum caro factū eſt, alla. ℟. Et habitâvit in nobis, all.

Ad Benedictus Ana.

Mirábile myſtérium † declarátur hódie: innovántur natúræ, Deus homo factus eſt: id quod fuit permánſit, & quod non erat, aſſúmpſit; non commixtiônem paſſus, neque diviſiônem. Oratio ut ſupra.

Ad Tertiam.

Antiphona. Quando natus es.
Capitulum. Apparuit gratia Dei. ſupra.
℣. Verbum caro factum eſt.

Ad Sextam.

Antiphona. Rubum, quem viderat.
Capitulum. *Hebr. 1.*

ET: Tu in princípio Dñe terram fundâſti: & ópera mánuum tuárum ſunt cæli.
℣. Notum fecit Dominus.

Ad Nonam.

Antiphona. Ecce Maria.
Capitulum. *Hebr. 1.*

IPſi peribunt, tu autem permanébis, & omnes ſicut veſtiméntum veteráſcent: & velut amíctum mutábis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.
℣. Viderunt omnes fines.

Ad Veſperas

Omnia ut in I. Veſperis præter ſequentia.

Ad Magnificat Ana.

Magnum hereditatis myſterium: † templum Dei factum eſt Uterus neſciens virum: non eſt pollutus ex ea carnem aſſumens: omnes gentes venient dicentes: gloria tibi Domine. 2.

Oratio ut ſupra.
Pro Commemoratione Diei Octavæ S. Stephani vide in Prop. Sanctor.

Ad Proceſſionem ℟. Sancta & immaculata. folio. 305.

Ad Miſſam.

Introitus. Puer natus eſt: &c. folio. 90.

Pro Graduali.

Allelu ja alle luja. Multifariè olim Deus loquens patribus in Prophe-

- tis noviſſimè die bus iſtis

locutus eſt nobis in fi lio.

Alleluja ab initio.

Offertorium Tri ſunt cæli. fol. 900. & Communio. Viderunt omnes fines. folio. 99.

IN VIGILIA EPIPHANIÆ D. Semiduplex.

In ſecundis Veſp. SS. Innocentium fit comem. Vigiliæ. Antiphona.

Puer Jesus proficiébat ætate & ſapiéntia coram Deo & hominib9.
℣. Notum fecit. Oratio ex Dom. inf. Octav. Nativ. Omnipotens. 99. dein Comem. S. Teleſphori Papæ & M. ut notatur in Prop. Sanct.

Ad Laudes & Horas Antiphonæ O Admirabile comercium. de feſto Circumciſionis. reliqua omnia de Dom. infra Octav. Nat. In Laudib9 comem. S. Teleſphori.

Ad Primam non dicuntur Preces, neq; Quicunque. &c. ſi Vigilia venerit in Dom.

IN FESTO EPIPHANIÆ DOM.

DUPLEX I. CLASSIS.

Ad Veſperas.

Antiphonæ. Ante luciferum genitus, et Laudibus. Pſalmi de Dominica.

Capitulum. *Iſaiæ. 60.*

SUrge illuminâre Jeruſalem: quia venit lumen tuum, & glória Domini ſuper te orta eſt.

Reſponſorium breve.

Omnes de ſaba venient, ✱ Alleluja, alleluja. ℣. Aurū & thus deferentes. Hymn9.

Hoſtis Herodes impie Chriſtum venire quid times? Non eripit mortalia Qui regna dat cæleſtia.

Ibant Magi, quam viderant,
Stellam ſequéntes prǽviam,
Lumen requírunt lúmine
Deum faténtur múnere.

Lavácra puri gúrgitis
Cæléſtis Agnus áttigit
Peccâta, quæ non détulit,
Nos abluéndo ſúſtulit

Novum genus poténtiæ
Aquæ rubéſcunt hýdriæ
Vinúmque juſſa fúndere
Mutâvit unda oríginem.

Glória tibi Dómine,
Qui apparuíſti hódie
Cum Patre & ſancto Spíritu
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Sic terminantur Hymni per totam Octavam.

℣. Reges Tharſis & ínſulæ múnera ófferent. ℟. Reges Árabū & Saba dona addúcent.

Ad Magnificat Aña.

Magi videntes † ſtellam dixerunt ad invicem: hoc ſignum magni Regis eſt. eamus & inquiramus eum, & offeramus ei munera, aurum, thus & myrrham, alleluja. 8.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die Unigénitum tuum Géntibus ſtellâ duce revelâſti: * concede propítius; * ut, qui jam te ex fide cognóvimus, uſque ad contemplandam ſpéciem tuæ celſitúdinis perducâmur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Laudes & Horas Anæ.

Ante luciferū genitus, † & ante ſæcula Dominus Salvator noſter hodie mundo apparuit. 2.

Venit lumen tuum † Jeruſalem, & gloria Domini ſuper te orta eſt: & ambulabunt gentes in lumine tuo, alleluja. 1.

Apertis theſauris ſuis † obtulerunt Magi Domino aurū thus & myrrham, alleluja.

1\. Mária & flumina † benedicite Domino: hymnum dicite fon-

tes Domino, alleluja. 4.

Stella iſta † ſicut flam̃a coruſcat, & Regem regum Deum demonſtrat: Magi eam viderũt & magno Regi munera obtulerunt. 7.

Capitulum. Surge illuminare, ſupra.

Reſponſ. breve.

Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, * Alleluja alleluja.

℣. Reges Arabum & Saba dona adducent.

Sequens Hymnus canitur in tono, quo Hymnus ad Veſperas.

Hymnus.

O Sola magnárum urbium
Major Bethlem, cui cóntigit
Ducem ſalútis cælitus
Incorporátum gignere.

Quem ſtella, quæ ſolis rotam
Vincit decóre ac lúmine,
Veniſſe terris núntiat
Cum carne terreſtri Deũ.

Vidêre poſtquam illũ Magi,
Eôa promunt múnera,
Stratíque votis ófferunt
Thus, myrrhã, & aurũ regium.

Regem Deúmq; annúntiant
Theſáurus & fragrans odor
Thuris Sabǽi, ac mýrrheus
Pulvis ſepúlchrũ prædocet.

Glória tibi Dómine,
Qui apparuíſti hódie
Cum Patre & ſancto Spíritu
In ſempiterna ſæcula. Amen.

℣. Adoráte Deum, alleluja.
℟. Omnes Ángeli ejus, alleluja.

Ad Magnificat Antiph.

Hodie cœleſti Sponſo † juncta eſt Eccleſia, quoniam in Jordane lavit Chriſtus ejus crimina: currunt cum muneribꝰ Magi ad regales nuptias: & ex aqua facto vino lætantur convivæ, alleluja. ω.

Ad Tertiam.

Antiphona. Venit lumen tuum.
Capitulũ. Surge, illuminare. ſupra.

℣. Reges Tharſis & ínſulæ múnera ófferent, allelúja. ℟. Reges Árabum & Saba dona addúcent, allelúja.

Ad Sextam.

Antiphon. Apertis theſauris.

Capitulum. *Iſaiæ 60.*

Leva in circúitu óculos tuos & vide: omnes iſti congregáti ſunt, venérunt tibi: filij tui de longè vénient, & filiæ tuæ de látere ſurgent.

℣. Omnes de Saba vénient, all.

℟. Aurū & thus deferéntes, all.

Ad Nonam.

Antiphona. Stella iſta.

Capitulum. *Iſaiæ 60.*

Omnes de Saba vénient, aurum & thus deferéntes, & laudem Dómino annuntiántes.

℣. Adorate Dóminum, allelúja.

℟. In aula ſancta ejus, allelúja.

Ad Veſperas.

Omnia ut in I. Veſperis præter ſequent.

Ad Magnificat Aña.

Hæc Antiphona cantatur etiam in Dominica inf. Oct. pro Cōmemor. Epiphaniæ. ſed cum alio ℣.

Si Epiphania venerit in Sabbato, in II. Veſp: Epiphaniæ fit Cōm. Dom. infra oct. ut infra.

Ad Proceſſionem.

ſit & vox Pat ris into nuit: Hic eſt
us: non eſt e nim nomen aliud, In quoo.
Filius meus dilectus, in quo mihi be-
porteat nos ſalvos fie ri ni ſi Nomen Doi-
nè compla cu i.
ni noſtri Je ſu.
℣.
Deſcen dit Spiritus ſanctus corporali ſpe-
Sit No men Domini Je ſu benedictũ ex
cie ſicut columba in ipſum: & vox de cæ-
hoc nunc & uſque in ſæculũ: nã in hoc eſt
lo fa cta eſt. Hic eſt. 3.
omniũ ſa lus. In quoo

Ad Miſſam.

Introitus.
Ecce adve nit Dominator
Do minus, & regnũ in manu
ejus & poteſtas & impe-
rium.
Pſalmus.
Deus judicium tuum regi da: & ju-
ſtitiam tuam filio regis. III.
Pro Graduali.
Alleluja al le lu-
ja. Vi dimus ſtellam ejus in
Orien te & ve-

nimus cū muneribus adorare Do minū, allelu ja.

Offertorium.

Reges Tharſis & In ſulæ munera of ferent: reges A rabum & Saba dona ad ducent: & adora bunt eum omnes reges terræ, omnes gen tes ſer vient e i.

Communio.

Vi dimꝰ ſtellā ejus in o- rien te & ve nimus cū mu- neribus adora re Dominum.

ſ. Infra Octavam Epiphaniæ omnia fiunt ut in ipſo die, exceptis Antiphonis ut ſequitur. De Dominica infra Octavam, fit Officium ùt infra ordinatur, in quamcunque diem Octavæ inciderit. Poſt Dominicam verò continuantur dies Octavæ eodem numero, quo notantur, perinde, ac ſi Dom. non interceſſiſſet.

SECUNDA DIE INF. Octav. Epiph. Ad Benedictus.

Ant. Ab Oriénte † venérunt Magi in Bethlehem adorare Dóminum: & apértis theſáuris ſuis pretióſa múnera obtulérunt: aurum, ſicut Regi magno; thus ſicut Deo vero; myrrham ſepultúræ ejus, allelúja.

Ad Magnificat Aña.

Videntes ſtellam Magi † gaviſi ſunt gaudio magno; & intrantes domum obtulerunt Domino aurum, thus & myrrham, alleluja.

TERTIA DIE INFRA Octavam. ad Benedictus Aña.

Tria ſunt múnera † quæ obtulérunt Magi Dómino; aurum, thus & myrrham, Filio Dei, Regi magnō, allelúja.

Ad Magnificat Aña.

Lux de luce † apparuiſti Chriſte, cui Magi munera offerunt, alleluja, alleluja, alleluja.

QUARTA DIE INFRA Octavam. ad Benedictus Aña.

Vídimus † ſtellam ejus in Orién-

te, & vénimus cum munéribus adoráre Dóminum.

Ad Magnificat Aña.

Interrogabat † Magos Herodes, quod

ſignum vidiſtis ſuper natum Regem?

ſtellam vidimus fulgentem, cu jus

ſplendor illu minat mundum.

QUINTA DIE INFRA Octav. ad Benedictus Aña.

Omnes natiónes † vénient à longè, portantes múnera ſua, allel.

Ad Magnificat Aña.

Omnes de Saba † venient, aurum &

thus deferentes, alleluja, alleluja.

SEXTA DIE INFRA Octav. ad Benedictus Aña.

Vénient ad te † qui detrahébāt tibi, & adorâbunt veſtígia pedum tuórum.

Ad Magnificat Aña.



Admoniti Magi † in ſomnis, per ali-

am viam reverſi ſunt in regionē ſuā.

§. Quando Epiphania venit in Sabbato, in ſecundis Veſperis fit Comem. Dom. infra Oct: Antiph. Remanſit Puer. ùt infra.

℣. Omnes de Saba vénient, allel.
℟. Aurū & thus deferentes, allel.
Oratio. Vota quæſumus.

Si verò Epiphania in Dom. venerit, Sabbato ſequenti fit Officium de Dom. inf: Octav. hoc modo: Feria VI. in Veſp. à Capitulo de Dominica. Fratres, Obſecro. ùt infra.

℟. br: Adoráte Dóminum. * Allelúja, allelúja. ℣. In aula ſancta ejus. Gloria Patri. &c. reliqua ùt ibi, in Sabbato. Dein fit com. Epiphaniæ per Antiph. quæ occurrit ſecundùm ordinem ſuprapoſitam, cum hoc ℣. Vidimus ſtellam. ùt infrà. In Sabbato verò Veſperæ integræ erunt de Die Octava Epiph. cum Comem. Dom. Fili quid feciſti. ℣. Omnes de Saba. Qui ℣. etiam dicitur pro Comem. Dominicæ, quando Octava venerit in fer. II.

SABBATO INF. OCT. Epiph. Ad Veſperas.

Capitulum. Rom. 12.

Fratres, Obſecro vos per miſericórdiam Dei, ut exhibeâtis córpora veſtra hóſtiam viventem, ſanctam, Deo placéntē, rationábile obſéquium veſtrū.

℟. br. Hymnus & ℣. de Epiphania f. 104.

Ad Magnificat Aña.

Remanſit Puer Jeſus † in Jeruſalem, & non cognoverunt Pa-



rentes ejus, exiſtimantes illum

eſſe in comitatu: & requirebant

eum inter cognatos & notos.

2. Oratio.

Vota, quæſumus Dómine, ſupplicántis pópuli cæléſti pietáte proſéquere: * ut & quæ agénda ſunt, vídeant, * & ad implénda, quæ víderint, con-

valeſcant. Per Dóminum.
Dein fit com̃. Epiph. per Antiph. ſupradictam.
℣. Vidimus ſtellam ejus in Oriénte, allelúja. ℟. Et vénimus cum muneribꝰ adorare Dñum, allel.
Oratio. Deus, qui hodierna die ſupra. 105.

DOMINICA INFRA Octavam Epiphaniæ. ſemidupl.

Officium fit ut in feſto Epiph. præter ſequent. In Laudibus Capit. Fratres, obſecro. ſuprà ad Benedictus Antiph. Remanſit Puer. &c. Orat: Vota, quæſumus. ut in Veſperis. Dein fit Com̃. Epiph. Hodie cæleſti ſponſo. ℣. Omnes de Saba venient, alleluja. ℟. Aurum & thus deferentes, all. Or. Deus, qui hodierna.

Ad Tertiam.

Ant. Venit lumen tuum. Capit. Fratres, Obſecro vos. ℣. Reges Tharſis. &c.

Ad Sextam.

Antiphona Apertis theſauris ſuis.
Capitulum. *Rom. 12.*

DIco enim per grátiam, quæ data eſt mihi, omnibꝰ qui ſunt inter vos: Non plus ſápere, quàm opórtet ſápere, ſed ſápere ad ſobrietátem.
℣. Omnes de Saba.

Ad Nonam.

Antiphon. Stella iſta.
Capitulum. *Rom. 12.*

SIcut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúmdem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter altérius membra in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.
℣. Adorate Dñum.

Ad Veſperas.

Omnia ut heri in Sabbato præter ſequent.
Ad Magnificat Aña.


Fili, quid feciſti nobis ſic? e-

go & pater tuus dolentes quæ-

rebamus te. Quid eſt, quod me

quærebatis? neſciebatis, quia

in ijs, quæ Patris mei ſunt opor-

tet me eſſe. M. Oratio. Vota quæſumus.

Dein fit com̃. Octavæ. Tribus miraculis. &c Vidimus ſtellam ejus. ſuprà

Ad Miſſam.


IN excelſo throno vidi ſede-
Introitus.

re virũ, quem ado rat multi-


tudo Angelo rum pſallentes in

u num. ec ce cujus imperij


nomen eſt in æter num. Pſalmus.


Jubilate Deo omnis terra: ſervite Domino in lætitia. VIII.

Pro Graduali.

Alleluja, alleluja. Jubilate Deo omnis terra: ſervite Domino in lætitia. alleluja.

Offertorium.

Jubilate Deo omnis terra: ſervite Domino in lætitia: intrate in conſpectu ejus, in exultatione: quia Dominus ipſe eſt Deus.

Communio

Fili, quid feciſti nobis ſic? ego & pater tuus dolentes quærebamus te: quid eſt, quod me quærebatis? neſciebatis, quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe.

IN OCTAVA EPIPHANIÆ D. duplex majus.

Omnia ut in die à I. Veſperis præter ſeq.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus in ſubſtántia noſtræ carnis appáruit: ✱ præſta quæſumus; ut per eum, quem ſimilem nobis foris agnóvimus, ✱ intus reformári mereâmur. Qui tecum vivit. &c.

¶ Si Octava venerit in Sabbato, in II. Veſperis Octavæ fiet de SS. Nom. Jeſu cum com. Diei Oct. & Dom. II. poſt Epiph. Quando autem Septu-

agesima venerit in hanc Dom. j. poſt Octavam, tunc in Sabb. poſt Octavam feſto duplici non impedito (alioquin prima die poſt Octavam pariter non impedita) fiat Officium de Feria cum Aña ad Benedictus & Oratione Dominicæ II. poſt Epiph. Feſtum verò Semiduplex in ea occurrens transfertur in primam diem ſimiliter non impeditam. Quodſi tota Hebdomada feſto dup. fuerit impedita, tunc in prædicto Sabb. fit in Laud. ſolùm comm. prædictæ Dominicæ.

SABBATO
Ante Dom. ij. poſt Epiphaniam.

Omnia ùt ſupra ex Pſalterio præter Orationē quæ dicitur ùt infra. quod etiam obſervandum eſt in omn. Sabb. uſque ad Septuageſ.

DOMINICA
II. poſt Epiphaniam.

Omnia ùt ſupra ex Pſalterio, præter ſeqq.

Ad Benedictus Aña.

Nuptiæ † factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat ibi Jeſus cum Maria Matre ſua.

Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui cæléſtia ſimul & terréna moderâris: * ſupplicatiónes pópuli tui clementer exáudi, * & pacem tuam noſtris concéde tempóribus. Per Dóminum.

Dein fiunt Comemor. comunes ùt ſuprà. 39

Ad Magnificat Aña.

Poſt Orationem diei fiunt Comemor. comunes fol. 39.

Ad Miſſam.

Introitus.

Pſalmus.



Pro Graduali.



DOMINICA III.
poſt Epiphaniam.
Ad Benedictus Antiph.

Cum deſcendiſſet † Jeſus de monte, ecce lepróſus véniens adorâbat eum, dicens: Dómine, ſi vis, potes me mundâre: & exténdēs manum, tétigit eum, dicens: Volo, mundâre.

Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, infirmitatem noſtram propitius réſpice: * atqꝫ ad protegéndum nos * déxteram tuæ majeſtâtis extende. Per Dnm.

Ad Magnificat Aña.

Ad Miſſam.





Hæc Miſſa præcedens reaſſumitur in tribus ſequentibus Dominicis.

DOMINICA IV.
poſt Epiphaniam.
Ad Benedictus Antiph.

Aſcendénte Jeſu † in naviculã ecce motus magnus factus eſt in mari: & ſuſcitavérunt eum diſcípuli ejus, dicéntes: Dómine ſalva nos, perímus.

Oratio.

Deus, qui nos in tantis perículis conſtitútos, pro humána ſcis fragilitâte non poſſe ſubſíſtere: * da nobis salûtem mentis & córporis, * ut ea, quæ pro peccátis noſtris pátimur, te adjuvánte vincâm9. Per Dñum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ad Magnificat Antiph.

Domine† ſalva nos, perimus: impera & fac Deus tranquillitatē. i.

DOMINICA V.

poſt Epiphaniam.

Ad Benedictus Antiph.

Dómine† nonne bonum ſemen ſeminâſti in agro tuo? unde ergo habet zizánia? & ait illis: hoc fecit inimicus homo.

Oratio

Famíliam tuam, quæſumus Dómine, contínua pietâte cuſtódi:* ut quæ in ſola ſpe grátiæ cæleſtis innítitur,* tua ſemper protectiône muniâtur. Per Dñum.

Ad Magnificat Aña.

Colligite† primùm zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum, dicit Dominus. i.

DOMINICA VI.

poſt Epiphaniam.

Ad Benedictus Antiph.

Símile eſt† regnū cælorū grano ſinápis, quod minimum eſt omnibus ſeminibus: cum autem créverit, majus eſt ómnibus oléribus.

Oratio.

Præſta quæſumus, omnípotens Deus:* ut ſemper rationabília meditántes,* quæ tibi ſunt plácita, & dictis exequâmur & factis. Per Dóminum.

Ad Magnificat Aña.

Simile eſt† regnum cælorū fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatū eſt totum. i.

SABBATO

ante Septuageſimam.

Ad Veſperas Antiphonæ & Pſalmi ut in Pſalterio Diei Sabbathi.

Capitulum. i. Cor. 9.

Fratres, Neſcítis, quod ij, qui in ſtádio currunt, omnes quidem currunt, ſed unus áccipit bravîum. Sic cúrrite, ut comprehendâtis.

℞. br. Hymnus & ℣. ex Pſalterio.

Ad Magnificat Antiph.

Dixit Dominus† ad Adam: de ligno, quod eſt in medio Paradiſi ne comedas: in qua hora

comederis, morte morieris. ꝟ.

Oratio.

PReces pópuli tui, quæſumus Dómine, cleménter exáudi: * ut, qui juſtè pro peccâtis noſtris afflígimur; * pro tui nóminis glória miſericórditer liberemur. Per Dóminum.

Perſolutis de Suffragijs cōmunibus cantatur Benedicamus Domino. &c. Paſchale cum duplici Alleluja. Et deinceps nullibi amplius dicitur Alleluja. uſque ad Sabbatum ſanctum. Si in ſequentibus Dominicis uſque poſt Octavā Paſchæ occurrat Feſtū xij. Lection., transfertur.

DOMINICA IN SEPtuageſima.

Ad Laudes Antiphonæ.

MIſerêre † mei Deus, & à delicto meo munda me: quia tibi ſoli peccavi. Pſal. Miſerere mei Deus. cum reliquis ex Pſalterio.

Confitebor tibi, † quóniam exaudiſti me. Confitemini.

Deus † Deus meus, ad te de luce vigilo, quia factus es adjutor meus. Deus Deus meus.

Benedictus eſt † in firmamento cæli, & laudábilis in ſæcula Deus noſter. Cant. Benedicite.

Laudate † Dominum de cælis. Laudate.

Capit. Fratres, Neſcitis. ſupra ex Veſp. ℟. breve & Hym. ex Pſalt. ℣. Domine refugium. ut ibidē.

Ad Bendictus Antiph.

Símile eſt † regnum cælôrum hómini patrifamílias, qui éxijt primo manè condúcere operários in víneam ſuam, dicit Dóminus.

Oratio, ut ſuprà.

Ad Primam Antiph.

Conventiône autem † facta cum operárijs ex denário diúrno, miſit eos in víneam ſuam.

Ad Tertiam Antiph.

Ite & vos † in víneam meam, & quod juſtum fúerit, dabo vobis.

Capit. Fratres, Neſcitis. ſupra.
℣. Ego dixi. &c.

Ad Sextam Antiph.

Quid hîc ſtatis † tota die otióſi? reſpondérunt, & dixérunt: Quia nemo nos condúxit.

Capitulum. i. Cor. 9.

OMnis autem, qui in agône contêndit, ab ómnibus ſe abſtinet: & illi quidem, ut corruptibilem corónam accípiant, nos autem incorrúptam.

℣. Dominus regit me.

Ad Nonam Antiph.

Voca operários, † & redde illis mercêdē ſuam, dicit Dóminus.

Capitulum. i. Cor. io.

BIbébant autem de ſpiritáli conſequénte eos petra: petra autem erat Chriſtus: ſed non in plúribꝰ eorū beneplácitū eſt Deo.

℣. Ab occultis.

Ad Veſperas.

Omnia ex Pſalterio, præter Capitulum, quod erit ut ſupra. Fratres, Neſcitis. &c. & ſeq. Antiph.

Ad Magnificat Añа.

Dixit paterfamílias † operarijs

ſuis: quid hic ſtatis tota die o-



tioſi? at illi reſpondentes dixe-

runt: quia nemo nos conduxit.

i te & vos in vineam meam, & quod juſtum fuerit dabo vobis.

Oratio ut ſuprà. Hoc modo fit etiam Officium in duobus ſequentibus Dominic.

7.

Ad Miſſam.

Introitus. CIrcumdederunt me gemitus mortis, dolores inferni circumdederunt me, & in tribulatione me - a invocavi Dominum, & exaudivit de templo ſancto ſuo vocem me - am.

Pſalmus.

Diligam te Domine fortitudo mea: Dñus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus.

Tractus poſt Epiſtolam.

V. De profun dis clamavi ad te, Do mine: Domine exau di vocem me am.

Offertorium.

Bonum eſt confite ri Domino & pſallere no mini tuo Al tiſ ſime.

Communio.

Illumina fa ciem tuam ſuper ſervum tuum, & ſalvum me fac in tu a mi ſericordia Domine: n

confundar, quoniā in vocavi te

SABBATO.

ante Sexageſimam.

Ad Veſperas Capitulum. 2. Cor. 11.

FRatres, Libénter ſuffértis inſipiéntes, cum ſitis ipſi ſapiéntes. Suſtinétis enim, ſi quis vos in ſervitûtem rédigit, ſi quis dévorat, ſi quis áccipit, ſi quis extóllitur, ſi quis in faciē vos cædit.

Ad Magnificat Añã.

Dixit Dominus ad Noë:† finis

univerſæ carnis venit coram



me. fac tibi arcam de lignis le-

vigatis, ut ſalvetur univerſū

ſemen in ea. ꝏ.

Oratio.

DEus, qui cónſpicis, quia ex nulla noſtra actióne confídimus: ✱ concéde propítius, ✱ ut contra advérſa ómnia Doctóris Géntium protectióne muniámur. Per Dóminum.

DOMINICA IN SEXageſima.

Ad Laudes Antiphonæ.

SEcúndùm † magnam miſericórdiam tuam miſerere mei Deus. Miſerere. &c. ex Pſalterio.

Si mihi Dóminus † ſalvâtor fúerit, non timébo, quid fáciat mihi homo.

In velaménto † clamâvi valde dilúculo: Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo.

Hymnum dicâmus † Dómino Deo noſtro.

In tympano † & choro, in chordis & órgano laudáte Deum.

Capitul. Fratres, Libenter. ſupra ex Veſper.

Ad Benedictus Antiph.

Cùm turba plúrima † convenírent ad Jeſum, & de civitátibus properárent ad eum, dixit per ſimilitúdinem: Exijt, qui séminat, ſeminâre ſemen ſuum.

Oratio ut ſuprà.

Ad Primam Antiphona.

Semen cécidit † in terram bonā, & áttulit fructum in patiéntia.

Ad Tertiam Antiphona.

Qui verbum Dei rétinent † corde perfécto & óptimo, fructum áfferunt in patiéntia.

Capitulū. Fratres, Libenter. ſupra.

Ad Sextam Antiphona.

Semen cécidit † in terrā bonam & áttulit fructum, áliud centéſimū, & áliud ſexagéſimum.

Capitulum 2. Cor. 11.

TEr virgis cæſus ſum, ſemel lapidâtus ſum, ter naufrágium feci, nocte & die in profúndo maris fui.

Ad Nonam Antiphona

Si verè fratres,† dívites eſſe cúpitis, veras divítias amâte.

Capitulum. 2. Cor. 12.

LIbénter ígitur gloriâbor in infirmitátibus meis, ut in-

habitet in me virtus Chriſti.

Ad Veſperas.

Omnia ex Pſalterio, præter Capitul. quod ſup in Sabb. præced.

Ad Magnificat Aña.

Vobis datum eſt † noſſe myſteri-
um regni Dei, cæteris autem in
pa ra bolis, dixit Jeſus diſci-
pulis ſuis. 6. Oratio ſupra.

Ad Miſſam.

Introitus.

Exur ge, quare obdormis
Domine? exurge, & ne repellas in
fi nem: quare faciem tu am a-
vertis, obliviſceris tribulatio-
nem noſtram? adhæſit in terra
venter noſter: exurge Domine
adjuva nos & libera nos.

Pſalmus.

Deus auribus noſtris audivimus: pa-
tres noſtri annuntiaverunt nobis. I.

Tractus poſt Epiſtolam.

Commoviſti Domine ter ram
& conturbaſti e am. ſa-
na contritiones e jus, qui-
a mo ta eſt.

Offertorium.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut
non moveantur veſtigia me a: incli-

Communio.

SABBATO

ante Quinquageſimam.

Ad Veſperas Capitulum. *1. Cor. 13.*

Fratres, Si linguis hóminum loquar & Angelôrum, charitâtem autem non hábeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cýmbalum tínniens.

Ad Magnificat Aña.



Oratio.

Preces noſtras, quæſumus Dómine, clementer exaúdi: * atque à peccatôrum vínculis abſolútos, * ab omni nos adverſitâte cuſtódi. Per Dóminum.

DOMINICA IN QUINquageſima.

Ad Laudes Antiphonæ.

Secundùm † multitúdinem miſeratiônum tuârum Dómine, dele iniquitatem meam. Miſerere.

Deus meus † es tu, & confitêbor tibi: Deꝰ meꝰ es tu, & exaltâbo te.

Ad te de luce † vigilo Deus, ut videam virtûtem tuam.

Hymnum dícite † & ſuperexaltâte eum in ſǽcula.

Omnes Angeli ejus † laudâte Dóminum de cælis.

Capitulum. Fratres, Si linguis. ſupra in Veſp.

Ad Benedictus Antiph.

Ecce aſcéndimus † Jeroſólymā, & conſumābúntur ómnia, quæ ſcripta ſunt de Filio hóminis: tradêtur enim géntibus, & illudêtur, & conſpuêtur: & poſtquam flagelláverint, occídent eum, & tértia die reſúrget. Oratio ùt ſuprà.

Ad Primam Antiphona.

Iter faciénte Jeſu, † dum appropinquâret Jéricho, cæcus clamabat ad eum, ut lumen recíperet mererêtur.

Ad Tertiam Antiph.

Transeúnte Dómino † clamâbat cæcus ad eum: Miſerere mei, Fili David. Capit. Fratres, ſi linguis. ſuprà

Ad Sextam Antiph.

Et qui præibant † increpâbant eũ ut tacêret: ipſe verò multò magis clamâbat: Miſerêre mei Fili David.

Capitulum. *1. Cor. 13.*

CHáritas numquam éxcidit; ſive prophetíæ evacuabúntur, ſive linguæ ceſſábunt, ſive ſciéntia deſtruetur. Ex parte enim cognóſcimus, & ex parte prophetâmus.

Ad Nonam Antiph.

Cæcus magis † ac magis clamâbat, ut eum Dñꝰ illuminâret.

Capitulum. *Ibidem.*

NUnc autem manent fides, ſpes cháritas, tria hæc: major autem horum eſt cháritas.

Ad Veſperas.

Omn. ex Pſalterio, præter Capitul. quod ſup. ex Veſp. Sabb. præced.

Ad Magnificat Aña.

Stans autem Jeſus † juſſit cæcũ adduci ad ſe & ait illi: Quid vis ut faciam tibi? Domine, ut videã. & Jeſus ait illi: Reſpice, fides tua te ſalvum fecit. & confeſtim vidit & ſequebatur illum magnificans Deum. 7. i.

Ad Miſſam.

Introitus.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij, ut ſalvum me facias: quoniã firmamentũ meum & refugium meũ es tu. & propter nomen tuum dux mihi eris, et enutries me.

Pſalmus.

In te Domine ſperavi, non confundar in æternũ: in juſtitia tua libera me, & eripe me. VI.

Tractus poſt Epiſt.

Jubilate Deo omnis terra: ſervi-
te Domino in læ ti tia. In-
trate in conſpectu ejus in exul-
ta tio ne.

Offertorium.

Benedictus es Domine, doce me juſti-
ficatio nes tuas: in labijs meis pro-
nuntiavi omnia judi cia o ris tu i.

Communio.

Manducaverunt & ſaturati ſũt,
nimis: & deſiderium eorũ attulit
e is Dominus: non ſunt frauda-
ti à deſiderio ſu o.

FERIA IV.

Cinerum.

Si hac die Feſtum qualecunque xij. Lectionum occurrat, transfertur, de Die infra Oct. nil prorſus fit uſque ad Veſp. Si hodie occurrerit Dies Octava alicujus Feſti, heri terminabat, neque hodie ejus amplius habetur reſpectus. Per totam Quadrageſimam ſi occurrat Feſtum Dup. vel Semidup. fit ſemper commem. Feriæ. De Simplicibus fit tantùm Cõmemoratio.

Per totam Quadrageſ. quando Officium eſt de feria, Feria II. dicitur Offic. Def., Fer. IV. Pſalmi Grad. & Fer. VI. Pſalmi Pœnitent. cũ Lytanijs, præter ferias majoris Hebdomadæ.

In hac et ſequentibus ferijs uſque ad Veſperas Sabbati, omnia ut in Pſalterio per Annum, exceptis ijs, quæ ſequuntur.

Ad Benedictus Aña.

Cùm jejunâtis, ✝ nolîte fieri ſicut hypócritæ, triſtes.

Oratio.

PRæſta, Dómine, fidélibus tuis: ut Jejuniôrum veneránda ſolémnia & côngrua pietâte ſuſcipiant, & ſecúra devotiône percúrrant. Per Dóminum.

Et dicitur etiam ad Horas uſque ad Veſperas quod etiam in tota Quadrageſima obſervandum.

Benedictio Cinerum.

Fit ante Miſſam finita Nona. Et primò à Choro cantatur ſequens Antiphona.

EXaudi nos Domine, quoniam
benigna eſt miſericordia tua: ſecun-
dùm multitudinem miſerationum
tuarum reſpice nos Do mine. Pſ.

Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ uſque ad animã meam. ℣. Gloria. &c. Repetitur Antiph. Exaudi. ſuprà.

Completa per IV. Orationes Benedictione Celebrans imponit Cineres capitibus Aſſiſtentium. interim Chorus cantat ſequentes Antiphonas.

IMmutemur habitu in cinere & cilicio: jejunemus & ploremus ante Dominum: quia multùm miſericors eſt, dimittere peccata noſtra Deus noſter. Alia Antiph.

INter veſtibulum & altare plorabunt Sacerdotes miniſtri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo: & ne claudas ora canentium te Domine. Sequitur Reſponſorium.

EMendemus in melius, quæ ignoranter peccavimus; ne ſubitò præoccupati die mortis, quæramꝰ ſpacium pœnitentiæ & invenire nõ poſſimus. Attende Domine & miſerere, quia peccavimus tibi. ℣. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter: & propter honorẽ nominis tui Domine libera nos. Repetitur. Attende. ℣. Gloria Patri. *II. Toni.* Attende.

Completa Impoſitione Cinerum, & adhuc unâ Oratione dictâ, celebratur Miſſa, ut ſequitur.

Ad Miſſam Introitꝰ.

MIſereris omnium Domine, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti, diſſimulans peccata hominũ propter pœnitentiam: & parcens illis: quia tu es Dominus Deꝰ noſter. Pſ. Miſerere mei Deus, miſerere mei: quoniam in te confidit

Tractus.

anima mea. Gloria I.

Domine non ſecundùm peccata noſtra, quæ fecimus nos: neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine, ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis.

Hîc genuflectitur.

℣. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter: & propter gloriã nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.

Supradictus Tractus cantatur ab hac die uſq; ad feriam quartam majoris Hebdomadæ in Ferijs. II. IV. & VI., niſi proprius aſſignetur.

Offertorium.

Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me, nec delectaſti inimicos meos ſuper me: Domine clamavi ad te, & ſanaſti me.

Communio.

Qui meditabitur in lege Domini die ac nocte, dabit fructum ſuum in tempore ſuo.

Ad Magnificat Antiphona.

Theſaurizate vobis † theſauros in cœlo: ubi nec ærugo nec tinea demolitur.

Oratio.

Inclinántes ſe, Dómine, Majeſtáti tuæ, propitiátus inténde: * ut qui divíno múnere ſunt reſécti, * cæléſtibus ſemper nutriántur auxílijs. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus Antiphona.

Dómine, † puer meus jacet paralyticus in domo, & malè torquêtur: Amen dico tibi, ego véniam, & curâbo eum.

Oratio.

DEus, qui culpâ offénderis, pœnitentia placâris: preces pópuli tui ſupplicántis propítius reſpice; & flagella tuæ iracúndiæ, quæ pro peccâtis noſtris meremur, avérte. Per Dóminum.

Ad Miſſam. Introitus.

DUm clamarem ad Dominū, exaudivit vocem me am ab his, qui appropinquant mihi: & humiliavit e os, qui eſt ante ſæcula, & manet in æternum. Jacta cogitatū tuum in Domino, & ipſe te e nutriet. Pſ. Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. ℣. Gloria. III.

Graduale.

Ja cta cogitatum tu um in Domino & ipſe te e nutriet.

Offertorium.

Ad te Domine leva vi a nimam meam: Deus meus, in te confido, non erubeſcam: neque irri deant me inimici me i: e tenim univerſi, qui te expectant, non confundentur.

Communio.

Acceptabis ſacrificium ju ſti tiæ, oblationes & holocauſta ſu per altare tuum Domine.

Ad Magnificat Ant.

Do mine, † non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.

Oratio.

PArce, Dómine, parce pópulo tuo: * ut dignis flagellatiónibus caſtigâtus, * in tua miſeratiône reſpiret. Per Dóminū.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus Antiph.

Cùm facis eleëmóſinam, † neſciat ſiniſtra tua, quid fáciat déxtera tua.

Oratio.

INchoâta jejunia, quæſumus Dómine, benigno favôre proſequere: ut obſervántiam, quã corporáliter exhibêmus, méntibus étiam ſincéris exercêre valeâmus. Per Dóminum.

Ad Miſſam. Introitus.

AUdivit Dominus, & miſertus eſt mihi: Dominus factus eſt adjutor meus. Pſ. Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. VII.

Graduale. Unam petij à Domino, hãc requiram, ut inhabitem in domo Domini. Tractus. Domine non ſecundùm. &c. ſupra folio 125.

Offertorium. Domine vivifica me ſecundùm eloquium tuum: ut ſciam teſtimonia tua.

Communio. Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite diſciplinã, ne pereatis de via juſta.

Ad Magnificat Aña.

Tu autem cùm oraveris † intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Patrem tuum.

Oratio.

TUêre, Dómine, pópulum tuũ & ab ómnibus peccâtis cleménter emúnda: * quia nulla ei nocêbit advérſitas, * ſi nulla ei dominétur iníquitas. Per Dñum.

SABBATO.

Ad Benedictus Antiph.

Me étenim † de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt.

Oratio.

ADéſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, & concéde: ut hoc ſolémne Jejúnium, quod animâbꝰ corporibúſque curándis ſalúbriter inſtitûtum eſt, devóto ſervitio celebrêmus. Per Dóminum.

Miſſa dicitur ut heri, excepto quod non cantetur Tractus ibidem ſignatus.

Hodie & deinceps uſque ad Paſcha dicuntur Veſperæ ante comeſtionem tam in Feſtis quàm ferijs, exceptis Dominicis, in quibus dicuntur horâ conſuetâ.

SABBATO PRIMO in Quadrageſima.

Ad Veſperas Antiphonæ & Pſalmi ex Pſalterio.

Capitulum. 2. Cor. 6.

FRatres, Hortâmur vos, ne in vácuum gratiã Dei recipiâtis. ait enim: Témpore accepto exaudívi te, & in die ſalûtis adjúvi te.

Reſponſ. breve.



Scapulis ſuis * obumbrabit ti-

bi. ℣. Et ſub pennis ejus ſperabis.

Hymnus.

AUdi benigne Conditor,

Noſtras preces cum fletibus,

In hoc ſacro jejunio

Fuſas quadragenario.

Scrutator alme córdium,
Infirma tu ſcis vírium:
Ad te revérſis éxhibe
Remiſſiônis grátiam.

Multum quidem peccávimus,
Sed parce confiténtibus
Ad laudem tui nóminis
Confer medélam lánguidis.

Sic corpus extra cónteri
Dona per abſtinéntiam,
Jejûnet ut mens ſóbria
A labe prorſus críminum.

Præſta beata Trinitas
Concéde ſimplex Unitas,
Ut fructuóſa ſint tuis
Jejuniôrum múnera. Amen.

℣. Angelis ſuis Deus mandâvit de te. ℟. Ut cuſtódiant te in omnibus vijs tuis. Ad Magnificat Aña.

Tunc invocabis,† & Dominus ex-



au diet, clamabis, et dicet:

ecce adſum. 7.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam annuâ Quadrageſimali obſervatiône puríficas: * præſta famíliæ tuæ; ✱ ut quod à te obtinêre nítitur, hoc bonis opéribus exequâtur. Per Dóminum.

DOMINICA I.
Quadrageſimæ.
Ad Laudes Antiphonæ.

COr mundum † crea in me Deus, & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis. Pſ. Miſerere.

O Dómine † ſalvum me fac: ô Dómine bene proſperâre.

Sic benedicam te † in vita mea, Dómine: & in nómine tuo levâbo manus meas.

In ſpíritu humilitâtis, † & in ánimo contríto ſuſcipiâmur Dómine à te: & ſic fiat ſacrifícium noſtrum, ut à te ſuſcipiâtur hódie, & pláceat tibi Dómine Deus.

Laudâte † Deum cæli cælórum, & aquæ omnes.

Capitulum. Fratres, Hortamur vos. ſupra.

℟. br. Ipſe liberâvit me * De laqueo venántium. ℣. Et à verbo

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

áſpero. ℣. Glória Patri.

Hymnus.

JAm Chriſte ſol juſtítiæ,
Mentis diéſcant ténebræ,
Virtûtum ut lux rédeat,
Terri diem cum reparas.
Dans tempus acceptábile
Et pœnitens cor tríbue
Convertat ut benígnitas,
Quos longa ſuffert píetas.
Quiddámque pœniténtiæ
Da ferre, quamvis grávium,
Majôre tuo múnere,
Quo démptio fit críminum.
Dies venit dies tua,
In qua reflôrent omnia,
Lætêmur in hac ad tuam
Per hanc reducti grátiam.
Te rerum univérſitas
Clemens adôret Trínitas:
Et nos novi per véniam
Novum canâmꝰ canticũ. Amẽ.

℣. Angelis ſuis Deꝰ mandâvit de te.
℟. Ut cuſtodiant te in omnibꝰ vijs tuis.

Ad Benedictus Antiph.

Ductus eſt Jeſus † in deſértum à Spíritu, ut tentarêtur à diábolo: & cùm jejunâſſet quadragínta diêbus, & quadragínta nóctibus, póſtea eſúrijt. Oratio ſuprà.

Ad Primam Antiph.

Jeſus autem † cum jejunâſſet quadragínta diêbus & quadragínta noctibus, póſtea eſúrijt.

Ad Abſolut. Capituli Lectio brevis: Quærite Dominum. in Dominicis & Ferijs uſq; ad Dom. Paſſionis excluſivè.

Ad Tertiam Antiph.

Tunc aſſúmpſit † eum diábolus in ſanctam civitâtem, & ſtátuit eũ ſupra pinnáculum templi, & dixit ei: ſi Filius Dei es, mitte te deórſum.

Capitulum. Fratres, Hortamur vos. ſuprà.

℣. Ipſe liberâvit me de laqueo venántium. ℟. Et à verbo áſpero.

Ad Sextam Antiphona.

Non in ſolo pane † vivit homo, ſed in omni verbo, quod procédit de ore Dei. Capitulum. 2. Cor. 6.

ECce nunc tempus acceptábile, ecce nunc dies ſalútis: Némini dantes ullam offenſiónem, ut non vituperêtur miniſterium noſtrum.

℣. Scápulis ſuis obumbrâbit tibi.
℟. Et ſub pennis ejus ſperâbis.

Ad Nonam Antiphona.

Dóminum † Deum tuum adorábis, & illi ſoli ſérvies.

Capitulum. 2. Cor. 6.

UT caſtigáti & non mortificáti: quaſi triſtes, ſemper autem gaudéntes: ſicut egéntes, multos autem locupletántes: tamquam nihil habéntes, & ómnia poſſidéntes.

℣. Scuto circúmdabit te véritas ejus. ℟. Non timebis à timôre noctúrno.

Ad Veſperas.

Antiphonæ & Pſalmi de Pſalterio. Capit. ℟. br. Hymnꝰ & ℣. ſupra ex præced. Sabbato.

Ad Magnificat Ana.



Ecce nunc tempus accepta bi-



le † ecce nunc dies ſalutis: in his

ergo die bus exhibeamus noſmet-

ipſos ſicut Dei miniſtros: in multa patien tia, in jejunijs, in vigilijs, & in charita te non ficta.

M. Oratio ut ſupra. ℟. brevia, Hymni & ℣. ſupradicti dicuntur uſque ad Veſperas ante Dominicam Paſſionis.

Ad Miſſam.

Introitus.

INvoca bit me, & e go exaudiam e um, eri piam e um, & glorifica bo e um: longitudine die rum adimple bo e um.

Pſalmus.

Qui habitat in adjutorio Altiſſimi: in protectione Dei cæli commorabitur. VIII.

Pro Graduali.

Qui ha bitat in adjutorio Altiſſimi in protectio ne Dei cæli com mora bitur. dicet Domino ſuſceptor meus es tu, & refugiũ meum: Deꝰ meꝰ ſpera bo in e um.

Offertorium.

Scapulis ſuis obumbrabit tibi Dominus & ſub pennis e jus ſpera bis: ſcuto circumdabit te veritas e jus.

Communio.

Scapulis ſu is obumbrabit tibi Dominus, & ſub pennis ejus ſpera bis: ſcuto circumdabit te ve-

ritas e jus.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus Añа.

Venite benedícti † Patris mei, percipite regnum, quod vobis paràtum eſt ab origine mundi.

℣. Angelis ſuis Deus mandavit de te. &c.

Oratio.

COnvérte nos Deus ſalutàris noſter: & ut nobis jejunium quadrageſimàle proficiat, mentes noſtras cæléſtibus ínſtrue diſciplínis. Per Dóminum.

Ad Primam Antiph.

Vivo ego † dicit Dóminus: nolo mortem peccatòris, ſed ut magis convertàtur & vivat.

Capitulum. Pacem & veritatem. Ad Abſol. Capit. Lectio brevis. Quærite Dominum.

Ad Tertiam Añа.

Advenêrunt nobis † dies pæniténtiæ, ad rediménda peccata, ad ſalvándas ánimas.

Capitulum. *Joël. 2.*

COnvertímini ad me in toto corde veſtro, in jejúnijs & fletu & planctu. Et ſcindite corda veſtra, & non veſtiménta veſtra, ait Dóminus omnípotens.

℣. Ipſe liberavit me. &c.

Ad Sextam Añа.

Commendêmus noſmetípſos † in multa patiéntia, in jejúnijs multis, per arma juſtítiæ.

Capitulum. *Iſai. 55.*

DErelínquat ímpius viam ſuã, & vir iníquus cogitatiònes ſuas, & revertâtur ad Dóminum, & miſerébitur ejus, & ad Deũ noſtrum: quóniam multus eſt ad ignoſcéndum.

℣. Scapulis ſuis. &c.

Ad Nonam Antiph.

Per arma juſtítiæ † virtutis Dei commendemus noſmetípſos in multa patiéntia.

Capitulum. *Iſai. 58.*

FRange eſuriénti panem tuũ, & egenos vagóſque induc in domum tuam: cum víderis nudũ, óperi eum, & carnem tuam ne deſpéxeris.

℣. Scuto circumdabit. &c.

Ad Miſſam Introitus.

SIcut o culi ſervorum in manibus dominorum ſuo rum: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſerea tur nobis. miſerere nobis Domine, miſerere nobis. Pſ. Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælis. IV.

Tractus poſt Ep: Domine non ſecundum. folio. 125.

Offertorium. Leva bo oculos meos, & conſiderabo mirabilia tua Do mi ne,

ut do ceas me juſtitias tuas: da mi- hi intellectũ, & diſcam manda- ta tu a.

Communio.

Amen dico vobis: quod uni ex mini- mis meis feciſtis, mihi feci ſtis: venite benedicti Patris mei, poſſidete paratũ vobis regnum ab ini tio ſæ culi.

Ad Veſperas Antiphonæ & Pſalmi. Nos qui vivimus. cum reliquis ex Pſalt.

Capitulum. *Joel. 2.*

INter veſtibulum & altâre plorabunt Sacerdótes miníſtri Dómini & dicent: Parce Dómine, parce pópulo tuo: & ne des hereditâtem tuam in oppróbrium, ut dominéntur eis natiónes.

℟. breve, Hymnus & verſus ex Veſperis Sabbati præcedentis.

Ad Magnificat Aña.

Quod uni † ex minimis meis feci- ſtis, mihi feciſtis, dicit Dominus.

Oratio.

ABſolve, quæſumus Dómine, noſtrórum víncula peccatórũ: * & quidquid pro eis merêmur, propitiátus averte. Per Dóminum noſtrum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus Antiph.

Intrâvit Jeſus † in templum Dei & ejiciêbat omnes vendéntes & eméntes: & menſas nũmulariórum, & cáthedras vendéntiũ colúmbas evértit.

Oratio.

REſpice Dómine famíliam tuam, & præſta: ut apud te mens noſtra tuo deſidério fulgeat, quæ ſe carnis maceratiône caſtigat. Per Dóminum.

Ad Miſſam. Introitus.

DOmine, refugium factus es nobis à generatione & proge nie à ſæculo, & in ſæculum tu es. Pſalm.

Priuſquam montes fierent, aut forma- retur terra & orbis: à ſæculo & uſq; in ſæculum tu es Deus.

Graduale.

℣. Dirigatur ora tio mea, ſicut in- cenſum in conſpectu tuo Do mine.

Offertoriũ.

In te ſpera vi Domine: dixi,

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

tu es Deus meus, in manibꝰ tu is

tem pora me a.

Communio.

Cum invocarem te, exaudiſti me

Deus juſti tiæ meæ: in tribulati-

one dilata ſti me: miſerere mihi Do-

mine, & exaudi oratio nem me am.

Ad Magnificat Antiph.

Scriptum eſt enim: † quia domus

mea domus orationis eſt cunctis

gentibus: vos autem feciſtis illam

ſpeluncam latronũ. & e rat quo-

tidie do cens in templo.

Oratio.

Aſcéndant ad te Dómine preces noſtræ: * & ab Eccléſia tua * cunctam repélle nequitiam. Per Dóminum.

FERIA QUARTA

Quatuor Temporum.

¶. In hac Angaria Schutteræ celebratur Añiverſarium funebre pro omn. Defunctis Fundatoribꝰ Monaſterij. Dicitur integrum Officiũ D. Miſſa ſolenn. de Requiem. cum Statione ad Fer.

Ad Benedictus Antiph.

Generátio hæc † prava & pervérſa ſignũ quærit: & ſignũ non dabitur ei, niſi ſignũ Jonæ Prophétæ.

Oratio.

Preces noſtras, quæſumus Dómine, clementer exaúdi: & contra cuncta nobis adverſántia déxteram tuæ Majeſtâtis extende. Per Dóminum.

Ad Miſſam.

Introitus. Reminiſcere. infra folio 137.

Poſt Lectionem Graduale.

Tribulationes cordis me-

i di la ta tæ ſunt: de neceſſitatibus

me is eripe me Do mine.

Tractus poſt Epiſt.

De ne ceſſitatibus meis eripe me Do-

mine: vide humilitatem me am &

la borẽ meũ, & dimitte omnia peccata mea.

Offertorium.

Medita bor in mandatis tu is

quæ dilexi valde: & levabo manꝰ me-

as ad mandata tua, quæ dile xi.

Comunio.

Intellige clamorem meũ: inten-

de vo ci orationis meæ, Rex meꝰ & Deꝰ me-

us: quoniam ad te orabo Do mine.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ad Magnificat Aña.

Sicut fuit Jonas † in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit Filius hominis in corde terræ.

Oratio.

Mentes noſtras, quæſumus Dómine, lúmine tuæ claritâtis illúſtra: * ut vidére poſſímus, quæ agénda ſunt; * & quæ recta ſunt, ágere valeâmus. Per Dóminum.

FERIA QUINTA

Ad Benedictus Aña.

Egreſſus Jeſus † ſeceſſit in partes Tyri & Sidônis: & ecce múlier Chananæa à fínibus illis egréſſa, clamâbat dicens: Miſerêre mei, Fili David.

Oratio.

Devotiônem pópuli tui, quæſumus Dómine, benígnus inténde: ut qui per abſtinéntiam macerántur in córpore, per fructũ boni óperis reficiantur in mente. Per Dóminum noſtrum.

Ad Miſſam Introitus.

Confeſſio & pulchritudo in conſpectu e jus: ſanctitas & magnificentia in ſanctificatio ne e jus. Pſ. Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra. Graduale. III.

Cuſtodi me Domine ùt pupillam oculi: ſub umbra alarũ tuarũ protege me. Offertorium.

Immit tet Angelus Domini in circu itu timentium e um, & eri piet eos: guſtate & vi de te, quoniã ſuavis eſt Do minus. Comunio.

Pa nis, quem ego dedero, caro me a eſt, pro ſæculi vi ta.

Ad Magnificat Aña.

O mulier, † magna eſt fides tua, fiat ti bi ſi cut petiſti.

Oratio.

Da, quæſumus Dómine, pópulis Chriſtiánis & quæ profiténtur agnóſcere: * & cæléſte munus dilígere, * quod frequéntant. Per Dóminum noſtrum.

FERIA SEXTA.

Quatuor Temporũ.

Ad Benedictus Antiph.

Angelus Dómini † deſcendêbat de cælo, & movebâtur aqua, & ſa-

nabâtur unus. **Oratio.**

ESto Dómine propítius plebi tuæ: & quam tibi facis eſſe devótam, benigno réfove miſerâtus auxílio. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

DE neceſſitatibus meis eripe me Do mine: vi de humilitatẽ meam & laborem meum, & dimitte omnia peccata me a. Pſ. Ad te Dñe levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. **Tractus.** Domine non ſecundum fol. 125.

Offertorium. Benedic anima mea Domino & noli obli viſci omnes retributiones e jus: & renovabitur ſicut aquilæ juven tus tua. **Comunio.**

Erubeſ cant, & conturbentur omnes inimici mei: avertantur retrorſum, & erubeſcant valde velo citer.

Ad Magnificat Aña.

Qui me ſanum fecit, † ille mihi præcepit: tolle grabatum tuum & ambula in pace. **Oratio.**

EXáudi nos miséricors Deus: * & méntibus noſtris * grátiæ tuæ lumen oſténde. Per Dóminum.

SABBATO
Quatuor Temporũ.

Ad Benedictus Antiph.

Aſſumpſit Jeſus † diſcípulos ſuos, & aſcendit in montem, & transfiguratus eſt ante eos. **Oratio.**

POpulum tuum, quæſumus Dómine, propitius réſpice; atque ab eo flagélla tuæ iracúndiæ cleménter avérte. Per Dóminum.

Ad Miſſam. Introitus.

INtret oratio me a in conſpectu tu o: incli na aurem tuam ad precem meam Do mine. Pſ. Domine Deus ſalutis meæ: in die clamavi & nocte coram te. III. **Poſt I. Lectionem Graduale.**

Propitius e ſto Domine peccatis noſtris: ne quando dicant gentes: ubi eſt

Deus e o rum. Poſt II. Lectionē.

Protector noſter a ſpice De us, & reſpice ſuper ſer vos tu os. Poſt III. Lect.

Convertere Domine aliquantulū, & deprecare ſuper ſervos tuos. Poſt IV. Lect. Dirigatur, &c. ſuprà fol. 132. Poſt V. Lect. hym. Benedictus es fol. 003. Poſt Epiſt. Tractus Laudate f. 269. Offert. Dn̄e Deꝰ. f. 322.

Offertorium. Domine Deus ſalutis meæ in di e clamavi & nocte coram te: intret ora tio mea in conſpectu tu o, Do- - mine. T. P. Allelu ja.

Comunio. Domine Deus meus in te ſpera- - vi, libera me ab om nibus perſe- quentibus me, & e ri pe me.

In Veſperis. Capitulum. 1. Theſſ. 4.

FRatres, Rogâmus vos & obſecrâmus in Dómino Jeſu: ut quemádmodum accepiſtis à nobis quómodo vos opórteat ambulâre, & placêre Deo, ſic & ambulêtis, ut abundêtis magis.

℟. brev. Hym. & ℣. ex Dom. I. Quadrageſ.

Ad Magnificat Añа.

Viſionem, † quam vidiſtis, nemi- ni dixeritis, donec à mortuis reſurgat Fi lius hominis. i.

Oratio.

DEus, qui cónſpicis omni nos virtûte deſtitui: ✱ intériùs exteriúſq; cuſtódi; ut ab ómnibꝰ adverſitátibus muniâmur in córpore, ✱ & à pravis cogitatiónibus mundémur in mente. Per Dn̄um.

DOMINICA II.

Quadrageſimæ.

Ad Laudes Antiphonæ.

DOmine † lábia mea apéries, & os meum annuntiâbit laudem tuam. Pſ. Miſerere.

Déxtera Dómini † fecit virtūtē: déxtera Dómini exaltâvit me.

Factus eſt † adjûtor meus, Deꝰ meus.

Trium puerôrum † cantêmꝰ hymnum, quem cantâbant in camíno ignis, benedicéntes Dóminum.

Státuit ea † in ætérnum, & in ſæculum ſæculi: præcéptum póſuit, & non præteríbit.

Capitulum. Fratres Rogamus vos. ſuprà. ℟. br. Hym. & ℣. ex Dom. I. Quadrageſimæ

Ad Benedictus Aña.

Aſſúmpſit Jeſus † diſcípulos ſuos, & aſcéndit in montem, & transfigurátus eſt ante eos.

Oratio Deus, qui conſpicis. ſuprà

Ad Primam Antiph.

Dómine, † bonum eſt nos hîc eſſe:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ſi vis, faciâmus hîc tria tabernácula: tibi unum, Móyſi unū, & Elíæ unum.

Ad Tertiam Aña.

Dómine, bonum eſt. ut ſuprà.
Capitulum. Fratres, Rogamus vos. ſuprà.
℣. Ipſe liberavit me. &c.

Ad Sextam Aña.

Faciâmus hîc tria tabernácula: tibi unum, Moyſi unum, & Elíæ unum. Capitulum. 1. Theſſ. 4.

HÆc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra: ut abſtineâtis vos à fornicatiône: ut ſciat unuſquíſque veſtrûm vas ſuum poſſidére in ſanctificatiône & honôre.
℣. Scapulis ſuis. &c.

Ad Nonam Aña.

Viſionem. ut ſup. in Veſp. ad Magnificat.
Capitulum. Ibidem.

NOn enim vocâvit nos Deus in immundítiam, ſed in ſanctificatiônem in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.
℣. Scuto circumdabit. &c.
In Veſperis Antiph. & Pſalmi ex Pſalterio. Capitulum & reliqua omnia ut heri.

Ad Miſſam.

Introitus. REminiſcere miſerationū tua rum Domine, & miſericordiæ tuæ, quæ a ſæculo ſunt: ne unquam dominentur nobis inimicitui. libera nos Deus Iſ raël ex omnibus anguſtiis no ſtris.

Pſalmus. Ad te Domine levavi animam meam: Deus meus in te confido, non erubeſcam. IV.

Pro Graduali.

Confite mini Do mino, quoniam bo nus: quoniam in ſæ culum miſericordia e jus.

Offertoriū. Meditabor. folio.

Comunio. Intellige clamorem me um: inten-

de vo ci ora tionis meæ, Rex me

us & Deus me us : quoniam

ad te ora bo Do mine.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus Antiph.

Ego Principiũ, † qui & loquor vobis.

Oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: ut família tua, quæ ſe affligéndo carnem ab aliméntis ábſtinet, ſectándo juſtítiam à culpa jejunent. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introit9.

Redime me Domine, & miſere re

mei : pes enim meus ſtetit in via re-

cta: in eccle ſijs benedicam Do-

minum. Pſ. Judica me Domine, quoniã

ego in innocentia mea ingreſſus ſum: &

in Domino ſperans non infirmabor. Ⅱ.

Tractus. Domine non ſecundum. folio. 125.

Offertorium.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi

intelle ctũ: providebam Dominũ in

conſpectu meo ſemper: quoniam à

dextris eſt mi hi, ne commo vear.

Commun: Domine Dominus noſter, quã ad-

mirabile eſt nomen tuum in uni ver ſa

ter ra.

Ad Magnificat Aña.

Qui me miſit † mecum eſt, & non re-

liquit me ſolum; quia, quæ placi-

ta ſunt ei, facio ſemper.

Oratio.

Adéſto ſupplicatiónibus noſtris omnípotens Deus: ✱ & quibus fidúciam ſperándæ pietátis indúlges, ✱ conſuétæ miſericórdiæ tríbue benígnus effectũ. Per Dñum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus Aña.

Unus eſt enim † Magiſter veſter, qui in cælis eſt, Chriſtus Dñus.

Oratio.

Perfice, quæſumus Dómine, benígnus in nobis obſervántiæ ſanctæ ſubſídium: ut, quæ te

Auctóre faciénda cognóvimus, te operánte impleámus. Per Dñum.

Ad Miſſam Introitus.

TIbi dixit cor meũ, quæſivi vul-tum tuum, vultum tuum Domine requi-ram: ne avertas faciem tuã à me. Pſ. Dominus illuminatio mea, & ſalus me-a: quem timebo? III. Graduale. Jacta cogitatum. ſup. f. 126.

Offertorium.

Miſerere mei Domine ſecundùm mag-nam miſericordiam tu am: dele Do-mine iniquitatem me am.

Cõmunio.

Narrabo omnia mirabi lia tu a: lætabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo Al tiſ ſime.

Ad Magnificat. Aña.

Omnes autem † vos fratres eſtis & patrem nolite vocare vobis ſu-per terram: unus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt: nec voce-mini magiſtri, quia Magiſter ve-ſter unus eſt Chriſtus.

Oratio

Propitiáre Dómine ſupplicatiónibus noſtris, & animârum noſtrârum medêre languóribus: * ut remiſſióne perceptâ, * in tua ſemper benedictióne lætêmur. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus Aña.

Ecce aſcéndimus † Jeroſólymã: & Filius hóminis tradetur ad crucifigéndum.

Oratio.

Pópulum tuum, quæſumus Dómine, propitius réſpice: & quos ab eſcis carnálibus præcipis abſtinêre, à nóxijs quoque vitijs ceſſâre concêde. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

NE derelinquas me Do mine De-us me us, ne diſcedas à me: intende in adjutorium me um, Do mine virtus ſa lutis me æ. Pſ. Domine, ne in furo-re tuo arguas me: neque in ira tua corri-pias me. VII. Tractus. Domine, non ſecundùm. ſupra fol. 125. Offertoriũ. Ad te Domine levavi. ſuprà folio. 126.

Comunio. Juſtus Do minus, & juſtitiã dile xit: æquita tem vidit vultus e jus.

Ad Magnificat Aña.

Tradetur enim † gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum.

Oratio.

DEus innocéntiæ reſtitûtor & amâtor, dírige ad te tuôrum corda ſervôrum: ✱ ut Spíritus tui fervôre concépto, ✱ & in fide inveniántur ſtábiles, & in ópere efficáces. Per Dóminum... in unitáte ejúſdem.

FERIA QUINTA

Ad Benedictus Antiph.

Fili † recordâre, quia recepíſti bona in vita tua, & Lázarus ſimíliter mala.

Oratio.

PRæſta nobis, quæſumus Dñe, auxílium grátiæ tuæ: ut jejúnijs & oratiónibus conveniénter inténti, liberemur ab hóſtibus mentis & córporis. Per Dñum.

Ad Miſſam Introitus.

DEus in adjutorium meũ intende: Domine ad adjuvandum me feſtina confundantur, & revereantur inimici me i, qui quærunt animã meam. Pſ. Avertantur retrorſum, & erubeſcant: qui cogitant mihi mala.

Graduale Propitius eſto f. 135.

Offertorium. Precatus eſt Moyſes in conſpectu Domini Dei ſui, & di xit: Quare Domine iraſceris in populo tuo? parce i ræ animæ tuæ. memento Abraham, Iſaac & Jacob, quibus jurâſti dare terram fluentem lac & mel. Et placatus eſt Dñs de malignitate, quam dixit facere po pulo ſu o.

Comunio. Qui manducat meam carnẽ, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo, di cit Dominus.

Ad Magnificat Aña.

Dives ille † guttam aquæ petijt,

qui micas panis Lazaro negavit.

Oratio.

Adéſto Dómine fámulis tuis, & perpetuam benignitâtem largîre poſcéntibus: * ut ijs, qui te Auctôre & Gubernatôre gloriántur, & congreáta reſtáures, * & reſtaurâta conſérves. Per Dñm.

FERIA SEXTA

Ad Benedictus Antiph.

Malos malè perdet, † & víneam ſuam locâbit álijs agrícolis, qui reddant ei fructũ tempóribꝰ ſuis.

Oratio.

Da quæſumus omnípotens Deus: ut ſacro nos purificánte jejúnio, ſinceris méntibus ad ſancta ventûra fácias pervenîre. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitꝰ.

Ego autem cum juſtitia apparebo in conſpectu tu o: ſatia bor, dum manifeſtabitur gloria tu a. Pſalmꝰ. Exaudi Domine juſtitiam meam: intende deprecationẽ meã. I. Tractꝰ. Domine ñ ſecundùm. folio. 125.

Offertorium. Domine in auxilium meum reſpice: confundantur, & revereantur qui quærunt animam me am, ut auferãt e am. Domine in auxiliũ meũ reſpice.

Communio. Tu Do mine ſervabis nos & cuſto dies nos à generatio ne hac in æ ter num.

Ad Magnificat Aña.

Quærentes eum † tenere, timuerunt turbam, quia ſicut Prophe tam e um habebant.

Oratio.

Da, quæſumus Dómine, pópulo tuo ſalûtem mentis & córporis: * ut bonis opéribus inhæréndo, * tuæ ſemper virtûtis mereâtur protectiône defendi. Per Dnum.

SABBATO.

Ad Benedictus Antiph.

Vadam ad patrem meum † & dicã ei: Pater, fac me ſicut unum ex mercenárijs tuis.

Oratio.

Da, quæſumus Dómine, noſtris effectum jejúnijs ſalutarem: ut caſtigátio carnis aſſúmpta, ad noſtrârum vegetatiônem tranſeat animârum. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitꝰ.

Lex Do mini irreprehenſibilis convertens animas: teſtimoniũ Domini fide le. ſapientiam præſtans parvulis. Pſ. Cæli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ ejꝰ annuntiat firmamentũ. I.

Graduale. Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tu o Altiſ ſime.

Offertorium. Illu mina o culos meos, ne unquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus me us: prævalui adverſus e um.

Comunio. Oportet te fili gaudere, quia frater tu us mortuus fuerat, & revixit: perierat, & in ven tus eſt.

In Veſperis Capitulum. *Epheſ. 5.*

Fratres, Eſtôte imitatóres Dei, ſicut filij chariſſimi: & ambulâte in dilectiône, ſicut & Chriſtus diléxit nos, & trádidit ſemetipſum pro nobis oblatiônem & hóſtiã Deo in odôrẽ ſuavitâtis.

℟. breve. Hym. & ℣. ex Dom. I. Quadrag.

Ad Magnificat Aña.

Dixit autem pater † ad ſervos ſuos: cito proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manu ejus, & calceamenta in pedibus ejus.

Oratio.

Quæſumus, omnipotens Deus, vota humílium réſpice: * atque ad defenſiônem noſtram, * déxteram tuæ Majeſtâtis exténde. Per Dóminum.

DOMINICA III. Quadrageſimæ.

Ad Laudes Antiphonæ.

Fac benignè † in bona voluntáte tua, ut ædificéntur Dómine muri Jerúſalem. Pſ. Miſerere.

Dóminus † mihi adjútor, non timêbo, quid fáciat mihi homo.

Lábia mea † laudábunt te in vita mea, Deus meus.

Vim virtûtis ſuæ † oblîtus eſt ignis: ut púeri tui liberaréntur illæſi.

Sol & luna † laudáte Deũ: quia exaltâtũ eſt nomen ejus ſolus.

Capitulum. Fratres eſtote. ſuprà.

℟. br. Hym. & ℣. ex Dom. I. Quadrag.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Ad Benedictus Antiph.

Cùm fortis armàtus † cuſtôdit átrium ſuum, in pace ſunt ómnia, quæ póſſidet. Oratio. Quæſumus. ſuprà.

Ad Primam Antiph.

Et cùm ejecíſſet † Jeſus dæmónium, locûtus eſt mutus; & admiràtæ ſunt turbæ.

Ad Tertiam Aña.

Si in dígito Dei † ejício dæmónia, profécto pervênit in vos regnum Dei. Capit. Fratres eſtote. ſuprà.

Ad Sextam Aña.

Qui non cólligit mecum † diſpérgit: & qui non eſt mecum, contra me eſt.

Capitulum. *Epheſ. 5.*

Hoc enim ſcitôte intelligéntes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avàrus, quod eſt idolôrum ſérvitus, non habet hereditatē in regno Chriſti & Dei.

Ad Nonam Aña.

Cùm immúndus ſpíritus † exíerit ab hómine, ámbulat per loca inaquóſa, quærens réquiem, & non ínvenit.

Capitulum. *Ibidem.*

Eràtis enim aliquándo ténebræ: nunc autem lux in Dómino. Ut filij lucis ambulâte: fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & juſtitia & veritate.

In Veſperis Antiph. et Pſalmi: Dixit Dominus. Capitulum R. br. & Hym. ac V. ut heri.

Ad Magnificat Aña.

Extollens vocem † quædam mulier de turba dixit: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti. At Jeſus ait illi: quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. ꝏ.

Oratio ut ſupra.

Ad Miſſam Introitus.

Oculi mei ſemper ad Dominū, quia ipſe evellet de laqueo pedes meos: reſpice in me, & miſerere mei: quoniā unicus & pauper ſum ego.

Pſalmus.

Ad te Domine levavi animam meam:

Deus meus in te confido, non erubeſcam. VII.

Pro Graduali.

Ad te le va vi o culos meos
qui habitas in cæ lis.

Offertorium.

Juſtitiæ Do mini rectæ, lætificantes
cor da, & judicia ejus dulciora ſuper
mel & fa vum: nam & ſervus tuus
cu ſto dit e a.

Communio.

Paſſer invenit ſibi domum, & tur-
tur nidū, ubi reponat pullos ſu-
os. altaria tua Domine virtutum
Rex meus & Deus me us: beati,
qui habitant in domo tu a in ſæ-
culum ſæculi lau da bunt te.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus Aña.

Amen dico vobis, † quia nemo Prophéta accéptus eſt in pátria ſua.

Oratio.

Cordibus noſtris, quæſumus Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: ut ſicut ab eſcis carnálibus abſtinêmus; ita ſenſus quoque noſtros à nóxijs retrahâmus excéſſibus. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

IN Deo laudabo verbum in Domi-
no laudabo ſermonem: in Deo ſpera-
bo, non timebo, quid faciat mihi ho-
mo. Pſ. Miſerere mei Deus: quoniā concul-
cavit me homo: tota die bellans tribulavit me.
III.

Tract9. Domine non ſecundùm. ſup. 125.

Offertorium.

Exaudi Deus oratio nem me am: & ne deſpexeris deprecati- o nẽ me ã: intende in me, & exau di me.

Communio.

Quis dabit ex Sion ſalutare Iſ- raël? cũ averterit Domin9 captivitatem plebis ſuæ: exultabit Jacob & lætabitur Iſ- raël.

Ad Magnificat Aña.

Jeſus autem † tranſiens per me- dium illorum ibat.

Oratio.

Subvéniat nobis Dómine Miſericórdia tua: * ut ab iminéntibus peccatórum noſtrórum perículis, te mereâmur protegénte éripi,* te liberánte ſalvâri. Per Dóminum noſtrum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus Aña.

Si duo ex vobis † conſénſerint ſuper terram: de omni re quamcúmq; petíerint, fiet illis à Patre meo, dicit Dóminus.

Oratio.

Exaudi nos Deus omnípotẽs & miſéricors: & continéntiæ ſalutâris propítius nobis dona concéde. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

Ego clama vi, quoniam exaudi- ſti me De us: inclina aurem tuã, & ex- au di verba me a: cuſtodi me Domine ut pupillam oculi: ſub umbra alarum tuarũ pro tege me. Pſ. Exaudi Do- mine juſtitiã meã: intende deprecationẽ meã. III.

Graduale.

Ab occultis meis munda me Do mine: & ab alie nis parce ſer vo tu

Offertorium. Dextera Domini. ſupra folio. 115.

Communio.

Domine, quis habitabit in taber- naculo tu o? aut quis requieſcet in monte ſcto tu o? qui ingreditur ſine macula, & opera tur juſti tiam.

Ad Magnificat Aña.

Ubi duo † vel tres congregati fu- erint in nomine meo, in medio e-

o rum ſum dicit Dominus.

Oratio.

TUa nos, Dómine, protectióne defénde: ✱ & ab omni ſemper ✱ iniquitâte cuſtôdi. Per Dñum.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus Antiphona.

Audîte † & intellígite traditiónes, quas Dñus dedit nobis.

Oratio.

PRæſta nobis, quæſumus Dñe, ut ſalutáribus jejúnijs erudíti; à noxijs quoqꝫ vitijs abſtinentes, propitiatiônem tuam facilius impetrémus. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

EGo autem in Domino ſpera-
bo: exultabo, & lætabor in tu a mi-
ſericordia: quia reſpexiſti humilita-
tem me am. Pſ. In te Dñe ſperavi ñ con-
fundar in æternum: in juſtitia tua libe-
ra me, & eripe me. I. Tractus. Domine non ſecundùm f. 125.

Offertoriũ. Domine, fac me cũ miſericordi-
am tu am, propter nomen tuum: quia
ſuavis eſt miſericordia tu a.

Communio. Notas mihi feciſti vias vi tæ:
adimplebis me læti ti a cum vultu
tu o Domine.

Ad Magnificat Antiphona

Non lotis manibus † manducare
non coinquinat hominem.

Oratio.

COncêde, quæſumus omnipotens Deus: ✱ ut qui protectiônis tuæ grátiam quærimus, ✱ liberáti à malis ómnibus, ſecúra tibi mente ſerviâmus. Per Dñum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus Añа.

Exíbant autem † dæmónia à multis clamántia & dicéntia: quia tu es Chriſtus Filius Dei: & increpãs non ſinêbat ea loqui, quia ſciêbãt ipſum eſſe Chriſtum.

Oratio.

MAgníficet te Dómine, ſanctôrum tuòrum Coſmæ & Damiáni beâta ſolémnitas: qua & illis glóriam ſempitérnam, & opẽ nobis ineffábili providéntia contuliſti. Per Dominum.

Ad Miſſam Introit9

SA lus populi ego ſum, dicit Do-
minus: de quacunqꝫ tribulatio ne

clamaverint ad me, exaudiam e os: & ero illorum Dominus in perpe tuū.

Pſ. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurē veſtrā in verba oris mei. IV.

Gradual. Oc uli omnium in te ſperant Do mine: & tu das illis eſ cam in tem- pore opportu no.

Offertor: Si ambulavero in medio tribulatio- nis, vivifica bis me Domine: & ſuper i- ram inimicorum meo rum extendes manū tuam, & ſalvum me faciet dextera tu a.

Comu- nio. Tu mandâſti mandata tua cu- ſto di ri nimis: utinam dirigantur viæ me- æ ad cuſtodiendas juſtificatio nes tu as.

Ad Magnificat Aña.

Omnes, † qui habebant infirmos, du- cebant illos ad Jeſum, & ſanabantur.

Oratio.

Subjéctum tibi pópulum, quæſumus Dñe, propitiátio cæléſtis amplíficet: * & tuis ſemper * fáciat ſervîre mandátis. Per Dóminū.

FERIA SEXTA

Ad Benedictus Antiphona.

Aquam † quam ego dédero, ſi quis bíberit ex ea, non ſitiet in ætérnū.

Oratio.

Jejúnia noſtra, quæſumus Dñe, benígno favôre proſéquere: ut ſicut ab aliméntis abſtinémus in córpore; ita à vítijs jejunêmus in mente. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

Fac mecū Domine ſignum in bonum, ut videant, qui me oderunt et confundan- tur: quoniam tu Domine adjuviſti me, & conſo- latus es me. Pſ. Inclina Domine aurē tuam & exaudi me: quoniam inops et pauper ſum e go. II.

Tract. Domine, non ſecundum vide ſupra fol. 125.

Offertorium.

Intende voci oratio nis meæ, Rex meus, & Deus me us: quo niam ad te o ra- bo Do mine.

Communio.

Qui biberit aquam, quam ego dabo

e i dicit Dominus, ſi et in eo fons a-
quæ ſalien tis in vitam æ ter nam.

Ad Magnificat Aña.

Domine, † ut video, Propheta es tu: *
patres noſtri in monte hoc adoraverunt.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: * ut qui in tua protectiône confidimus; * cuncta nobis adverſántia te adjuvánte vincâmus. Per Dóminum.

SABBATO.

Ad Benedictus Antiphona.

Inclinâvit † ſe Jeſus, & ſcribêbat in terra: Si quis ſine peccáto eſt: mittat in eam lápidem.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: ut qui ſe affligéndo carnem ab aliméntis ábſtinent: ſectándo juſtítiam, à culpa jejúnent. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

Verba mea auribus percipe Do mine: intellige clamorem me um: intende voci orationis meæ, Rex meus & De us meus. Pſalm
Quoniam ad te orabo Domine: mane exaudies
vocem meam. Graduale. ℣.
Si ambulem in me dio umbræ mortis, non ti me bo ma la: quoniam tu me cũ es, Do mine.

Offertorium.

Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tu um: ut non dominetur mei omnis injuſti tia Do mine.

Communio.

Nemo te condemnavit mulier? nemo Do mine: nec ego te condemnabo: jam amplius noli peccare.

Ad Veſperas Capitulum. Gal. 4.

FRatres, Scriptum eſt, quóniam Abraham duos filios hábuit: unum de ancilla, & unũ de líbera. Sed qui de ancilla, ſecundùm carnem natus eſt: qui autem de líbera, per repromiſſiônem: quæ ſunt per allegoriam dicta.

℟. br. Hym. & ℣. ex Sabb. I. in Quadrageſima.

Ad Magnificat Antiph.

Nemo te † condemnavit mulier? nemo Domine: nec ego te condẽ-

nabo, jam ampliùs noli peccare

3. Oratio.

COncêde quæſumus omnípotens Deus: * ut qui ex mérito noſtræ actiônis affligimur, * tuæ grátiæ conſolatiône reſpirêmus. Per Dóminum.

DOMINICA IV.

Quadrageſimæ.

Ad Laudes Antiphonæ.

TUnc acceptâbis † ſacrificium juſtitiæ, ſi avérteris faciem tuam à peccátis meis.

Bonum eſt † ſperâre in Dómino, quàm ſperâre in princípibus.

In matutínis † Dñe meditâbor in te.

Potens es † Dñe erípere nos de manu forti: líbera nos Deꝰ nr̃.

Reges terræ, † & omnes pópuli laudate Deum.

Capitulum. Fratres, Scriptum eſt. ſuprà.
℞. br. Hym. & ℣. ut in Dom. I. Quadrageſ.

Ad Benedictus Antiph.

Cùm ſublevâſſet † óculos Jeſus & vidíſſet máximam multitúdinem veniéntem ad ſe, dixit ad Philíppum: Unde emémꝰ panes, ut mandúcent hi? hoc autem dicêbat tentans eum: ipſe enim ſciêbat, quid eſſet factûrus.

Oratio. Concede. &c. ut ſupra.

Ad Primam Antiph.

Accêpit ergo † Jeſus panes, & cũ grátias egíſſet, diſtríbuit diſcumbéntibus.

Ad Tertiam Antiph.

De quinqꝫ pánibus † & duôbus píſcibus ſatiâvit Dóminus quinque míllia hóminum.

Capitulum. Fratres, Scriptum eſt. ſuprà

Ad Sextam Antiph.

Satiâvit Dóminus † quinque míllia hóminum de quinque pánibꝰ & duobus píſcibus.

Capitulum. Gal. 4.

LÆtâre ſtérilis, quæ non paris: erúmpe & clama, quæ non párturis: quia multi fílij deſértæ, magis quàm ejus, quæ habet virum.

Ad Nonam Antiph.

Illi ergo † hómines, cùm vidíſſent quod fécerat Jeſus ſignum, intra ſe dicebant: Quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.

Capitulum. Ibidem.

Itaque fratres, non ſumus ancíllæ fílij, ſed líberæ: qua libertáte Chriſtus nos donâvit.

Veſperæ ex Pſalterio. Capitulũ & reliqua ut heri.

Ad Magnificat Antiph.

Subijt ergo † in montem Jeſus

& ibi ſedebat cum diſcipulis ſu-

is. 1. Oratio ut ſupra.

Ad Miſſam.

LÆta re Jeruſalem: & con-

Introitus.

Pſalmus.



Pro Graduali Qui confidunt. Infra f. lxxjv.

Offertorium.



Communio.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus Añа.

Auférte iſta hinc † dicit Dóminus: & nolíte fácere domum Patris mei, domum negotiatiônis.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: ut obſervatiônes ſacras ánnuâ devotiône recoléntes, & córpore tibi placeâmus & mente. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.



fac, & in virtute tu a li bera me: Deus exaudi orationem me am: auribus percipe verba oris mei. Pſ. Quoniã alieni inſurrexerunt in me: & fortes quæſierunt animam meã. Tractus. Domine non ſecundùm 125.

Offertor. Jubilate Deo. ſuprà fol. 112.

Communio. Ab occultis meis munda me Domine: & ab alie nis parce ſervo tu o.

Ad Magnificat Aña.

Solvite templum hoc † dicit Dñus & poſt triduum reædificabo illud: hoc autem dicebat de templo corporis ſui.

Oratio.

Deprecatiônem noſtram, quæſumus Dñe benígnus exáudi: * & quibus ſupplicándi præſtas afféctum, * tríbue defenſiônis auxílium. Per Dóminum.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus Aña.

Quid me quæritis † interficere hóminem, qui vera locûtus ſum vobis.

Oratio.

Sacræ nobis quæſumus Dñe, obſervatiônis jejúnia, & piæ converſatiônis augméntum, & tuæ propitiatiônis contínuum præſtent auxílium. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meã: intende in me & exau di me. Pſ. Contriſtatus ſũ in exercitatione mea: & conturbatus ſũ à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. V.

Graduale. Exurge Domine, fer opem no bis: & libera nos propter nomen tu um.

Offertorium. Expectans expectavi Dominũ, & reſpe xit me: & exaudivit deprecationem me am: & immiſit in os meũ canticũ novum, hymnum Deo no ſtro.

Communio. Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur.

Ad Magnificat Aña.

Nemo in eum † miſit manum, quia

nondum venerat hora ejus.

Oratio.

MIſerère Dómine pópulo tuo: ✱ & contínuis tribulatiónibus laborántem ✱ propítius reſpirâre concéde. Per Dóminum.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus Antiph.

Rabbi † quid peccâvit homo iſte, q͞d cæcus natus eſt? Reſpóndit Jeſus, & dixit: Neque hic peccâvit, neq; paréntes ejus: ſed ut manifeſténtur ópera Dei in illo.

Oratio.

DEus, qui & juſtis præmia meritórum & peccatóribus per jejúnium véniam præbes: miſerere ſupplícibus tuis; ut reâtus noſtri conféſſio indulgéntiam váleat percipere delictórum. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

CUm ſanctificatus fuero in vo bis, congregabo vos de univerſis terris: & effundam ſuper vos aquam mundam & mundabi mini ab omnib; inquinamentis veſtris: & dabo vobis ſpiritum novum. Pſalm. Benedicam D͞num in omni tempore: ſemper laus ejus in o re meo. III

Poſt Lectione Prophetiæ cantatr

Venite filij, audite me: timorem Domini doce bo vos.

Tractꝰ Dómine n. ſecundum. ſupra 125.

Offertor: Benedicite gentes.

Communio. Lutum fecit exſputo Dn9, & linivit oculos meos. & abij, & lavi, & vidi, & credidi Deo.

Ad Magnific Antiphona.

Ille homo, † qui dicitur Jeſus, lutũ fecit exſputo & linivit oculos meos & modo video.

Oratio.

PAteant aures miſericórdiæ tuæ Dómine précibus ſupplicantiũ: ✱ & ut peténtibus deſideráta concédas, ✱ fac eos, quæ tibi ſunt plácita, poſtulâre. Per Dóminum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus Aña.

Ibat Jeſus † in civitâtem, quæ vocâtur Naïm: & ecce defunctus efferebâtur fílius únicꝰ matri ſuæ.

Oratio.

PRæſta quæſumus omnípotens Deus: ut quos jejúnia votiva caſtígant, ipſa quoq; devótio ſancta lætíficet; ut terrénis affectibus mitigátis, facílius cæléſtia capiâmus. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

LÆtetur cor quærentium Do minũ:

quærite Dominum, & confirmamini: quæ-
rite faciem ejus ſem per. Pſal. Confite-
mini Domino, & invocate nomen ejus: annũ-
tiate inter gentes opera ejus. VIII. Graduale.

Reſpice Domine in teſtamentum tuũ, &
animas pauperum tuorum ne obliviſcaris
in finem.

Offertorium.

Domine ad adjuvandũ me fe ſti na:
confundantur omnes, qui cogitant ſer-
vis tuis ma la.

Communio

Domine memorabor juſti ti æ tuæ ſo li-
us: Deus docui ſti me à juventute me a, &
uſq; in ſenectam & ſe nium Deus ne de-
relin quas me.

Ad Magnificat Antiphona.

Propheta magn9 † ſurrexit in nobis:
& quia Deus viſitavit plebem ſuam.

Oratio.

POpuli tui Deus inſtitûtor & re-
ctor, peccâta, quibus impugnâ-
tur, expélle: ✱ ut ſemper tibi plácitus, ✱
& tuo munímine ſit ſecûrus. Per Dñum.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus Aña.

Lázarus † amîcus noſter dormit: eâ-
mus, & à ſomno excitêmus eum.

Oratio.

DEus, qui ineffabílibus mundum
rénovas ſacraméntis: præſta quæ-
ſum9; ut Eccléſia tua & ætérnis pro-
fíciat inſtitûtis, & temporálib9 non
deſtituâtur auxílijs. Per Dñum.

Ad Miſſam Introitus.

ME dita tio cordis me i in conſpec-
tu tuo ſem per: Domine adjutor meus, & re-
demptor me us. Pſ. Cæli enarrant gloriã
Dei: & opera manuum ejus annuntiat fir-
mamentum. I. Tractus. Domine non ſecundùm. ſupràſ. 125.

Offertorium.

Populum hu milem ſalvum fa cies Dñe:
& o culos ſuperborũ humilia bis: quo-
niam quis Deus præter te Do mi ne.

Commun.

Videns Dñus flentes ſorores Lazari
ad monumentum, lacrymatus eſt coram Judæ-
is, & exclamavit: Lazare, veni foras: & pro-

dijt ligatis manibus & pedibus, qui fuerat quatriduanus mor tuus.

Ad Magnific. Aña

Domine, ſi fuiſſes hic, Lazarus non eſſet mor tuus: ecce jam fœtet quatriduanus in monumento.

Oratio.

DA nobis, quæſumus omnípotens Deus: ✱ ut qui infirmitâtis noſtræ cónſcij de tua virtûte confidimus, ✱ ſub tua ſemper pietâte gaudeamus. Per Dóminum.

SABBATO.

Ad Benedictus Antiphona.

Qui ſéquitur me, non ámbulat in ténebris: ſed habêbit lumen vitæ, dicit Dóminus.

Oratio.

FIat, Dómine quæſumus, per grátiam tuam fructuôſus noſtræ devotiônis affectus: quia tunc nobis próderunt ſuſcépta jejúnia, ſi tuæ ſint plácita pietâti. Per Dñum.

Ad Miſſam Introitus.

SItientes veni te ad a quas, di cit Dominus: & qui non habetis pretiũ, venite & bi bi te cum læti ti a. Pſal. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba o ris mei. VIII.

Graduale. Tibi Do mi ne derelictus eſt pau per: pupillo tu eris adju tor.

Offertorium. Factus eſt Dominus firmamentum me um, & refugiũ meum, & liberator meus, & ſperabo in e um.

Communio. Dominus re git me, & nihil mihi deerit: in loco paſ cuæ, i bi me collocavit: ſuper aquam refectionis educa vit me.

SABBATO

Ante Dominicam Paſſionis.

Ad Veſperas Capitulum. Heb. 9.

FRatres, Chriſtus aſſiſtens Póntifex futurôrum bonôrum, per ámplius & perfectius tabernáculum non manufáctum, id eſt, non hujus creatiônis: neque per ſánguinem hircôrum, aut vitulôrum, ſed per próprium ſánguinem introîvit ſemel in ſancta ætérna redemptiône invénta.

Reſponſorium breve.

De ore leonis ✱ libera me Dñe.

℣. Et à cornibus unicornium hu-

militatem meam. Repetitur. De ore.
Et non dicitur Gloria Patri. ſed ejus loco repetitur Reſponſ. à capite uſque ad ℣. quod etiam in omnibus ℟℟. br. & in omn. Introitũ Miſſarũ uſque ad Paſchã obſervandum. In Feſtis verò Sanctorum dicitur Gloria Patri. more conſueto.

Hymnus.

VExilla Regis pro deunt,

Fulget Crucis myſte rium,

Quo carne carnis Conditor

Suſpen ſus eſt pati bulo.

Quo vulnerâtus inſuper
Mucrône diro lánceæ,
Ut nos lavâret crímine,
Manâvit unda & Sanguine.
Impléta ſunt quæ cóncinit
David fideli cármine:
Dicens, In natiónibus
Regnâvit à ligno Deus.
Arbor decôra & fúlgida,
Ornâta Regis púrpura,
Elécta digno ſtípite,
Tam ſancta membra tángere.
Beâta, cujus brachijs,
Sæcli pepéndit prétium;
Statêra facta córporis,
Prædámq; tulit tártari.
O Crux ave ſpes única
✱Hoc Paſsiônis témpore,
Auge pijs juſtítiam,
Reiſque dona véniam.
Te ſumma Deus Trínitas
Collaudet omnis Spíritus:
Quos per Crucis myſtérium
Salvas, rege per ſæcula. Amen.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat Aña.

E go ſum† qui teſtimonium perhi-

beo de meipſo: & teſtimonium per-

hibet de me, qui miſit me, Pater.

ꝏ.

Oratio.

QUæſumus omnípotens Deus, famíliam tuam propítius réſpice: ✱ ut te largiénte regâtur in córpore, ✱ & te ſervánte cuſtodiâtur in mente. Per Dóminum.

Hic ceſſant Suffragia poſita in Pſalterio, uſque ad feriam II. poſt Feſt: SS. Trinitatis.

DOMINICA

De Paſſione. Ad Laudes Añæ.

VIde Dómine† afflictiônem meã, quóniam eréctus eſt inimícus meus. Pſalmus. Miſerere mei Deus. de Pſalt.

I n tribulatiône† invocâvi Dñum, & exaudîvit me in latitúdine.

Judicáſti Dómine† cauſam ánimæ meæ, defénſor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

Pópule meus† quid feci tibi? aut qĩd moléſtus fui? reſpónde mihi.

Numquid rédditur† pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ. Capitulum. Fratres, Chriſtus. ſuprà.

℟. br. Erue à frámea, ✱ Deus ánimam meam. ℣. Et de manu canis

únicam meam. Deus. ℟. Erue.

Hymnus.

LUſtris ſex qui jam peractis
Tempus implens corporis
Se volente natus ad hoc
Paſſióni déditus,
Agnus in Crucis levatur
Immolandus ſtípite.

Hîc acêtum, fel, arúndo
Sputa, clavi, láncea
Mite corpus perforâtur,
Sanguis, unda prófluit;
Terra, pontus, aſtra mundꝰ
Quo lavantur flúmine.

Crux fidelis inter omnes
Arbor una nóbilis:
Nulla ſilva talem profert
Fronde, flore, gérmine:
Dulce lignum, dulces clavos,
Dulce pondus ſuſtinet.

Flecte ramos arbor alta,
Tenſa laxa víſcera
Et rigor lentéſcat ille
Quem dedit nativitas:
Ut ſuperni membra Regis
Miti tendas ſtípite.

Sola digna tu fuiſti
Ferre ſæcli prétium,
Atque portũ præparâre
Nauta mundo naúfrago,
Quẽ ſacer cruor perúnxit
Fuſus Agni córpore.

Gloria & honor Deo
Uſquequaque Altíſſimo
Una Patri Filióque,
Inclyto Paráclito;
Cui laus eſt & poteſtas
Per æterna ſæcula. Amen.

℣. Eripe me de inimícis meis Deꝰ meus. ℟. Et ab inſurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus Aña.

Dicêbat Jeſus † turbis Judæôrũ & princípibus ſacerdôtum: Qui ex Deo eſt, verba Dei audit: proptérea vos non audîtis, quia ex Deo non eſtis.

Oratio. Quæſumus omnipotens. ſup. in Veſp.

Ad Primam Aña.

Ego dæmóniũ non hábeo, † ſed honorífico Patrẽ meũ, dicit Dóminꝰ.

Ad Abſolutionem Capituli Lectio brevis: Faciem meam, uſque ad Cœnam D. excluſivè.

Ad Tertiam Aña.

Ego glóriam meam † non quæro: eſt, qui quærat & júdicet.

Capitulũ. Fratres, Chriſtus aſſiſtens. ſuprà.

℣. Erue à frámea Deus animã meã.
℟. Et de manu canis únicam meam.

Ad Sextam Aña.

Amen, † amen dico vobis: ſi quis ſermônem meum ſerváverit, mortem non guſtâbit in ætérnum.

Capitulum. *Hebr. 9.*

SI enim ſanguis hircôrum & taurôrum, & cinis vítulæ aſpérſus inquinátos ſanctíficat ad emundatiônem carnis: quantò magis Sanguis Chriſti, qui per Spíritum ſanctum ſemetipſum óbtulit im̃aculâtum Deo, emundâbit conſciéntiam noſtrã ab opéribus mortuis, ad ſerviéndum Deo vivénti?

℣. De ore leonis líbera me Dñe. ℟. Et à córnibꝰ unicórniũ humilitatẽ meã.

Ad Nonam Aña.

Tulérunt † lápides Judæi, ut jácerent in eum: Jeſus autem abſcón-

dit ſe, & exivit de templo.

Capitulum. *Hebr. 9.*

ET ídeo novi Teſtamenti Mediátor eſt: ut morte intercedénte in redemptiònem eàrum prævaricatiònum, quæ erant ſub priòri Teſtamento, repromiſſiônē accípiant, qui vocati ſunt ætérnæ hereditàtis, in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.

℣. Ne perdas cum ímpijs Deus ánimam meam ℟. Et cum viris ſánguinum vitam meam.

Ad Veſperas Antiph. & Pſalmi Dixit Dominus ex Pſalterio. Capitulum, ℟. breve, Hymnus & ℣. ut ſupra in j. Veſperis.

Ad Magnificat Aña.

Abraham pater veſter † exultavit, ut videret diem meū, vidit, & gaviſus eſt. Oratio ſup. Quæſumus.

Supradicta ℟℟. br, Hymni & Verſus dicuntur quotidie uſq; ad Cœnam D. excluſivè.

Ad Miſſam.

JUdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & dolo ſo eripe me. quia tu es Deus meus & fortitudo mea.

Pſalmus.

Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montē ſanctū tuū, & in tabernacula tua. Judica me Deus ab initio, & non dicitur Gloria.

Pro Graduali.

Sæpe expugnaverunt me à juventute mea. Dicat nunc Iſraël ſæpe expugnaverunt me à juventute me a.

Offertorium.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo; retribue ſervo tuo, vivam & cuſtodiam ſermones tuos: vivifica me ſecundum



Communio.

FERIA SECUNDA.

Ad Benedictus Aña.

In die magno † feſtivitatis ſtabat Jeſus, & clamabat dicens: Si quis ſitit, véniat ad me & bibat.

℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. &c.

Oratio.

Sanctífica, quæſumus Dómine noſtra jejúnia: & cunctârum nobis indulgéntiam propítius largîre culpârum. Per Dóminum.

Ad Primam Aña.

Líbera me † Dómine, & pone me juxta te: & cujusvis manus pugnet contra me.

Ad Tertiam Aña.

Judicáſti Dómine † cauſam ánimæ meæ, defenſor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

Capitulum. *Jerem. 17.*

Domine, omnes qui te derelínqũt, confundéntur: recedéntes à te in terra ſcribéntur: quóniam dereliquérunt venam aquârum vivéntium Dóminum.

℣. Erue à framea. &c. ex Dom. heſterna.

Ad Sextam Aña.

Pópule meus, † quid feci tibi? aut quid moléſtus fui? reſpónde mihi.

Capitulum. *Jerem. 17.*

Confundántur, qui me perſequũtur, & non confúndar ego: páveant illi, & non páveam ego: induc ſuper eos diem afflictiônis, & dúplici contritiône cóntere eos, Dómine Deus noſter.

℣. De ore leonis. &c.

Ad Nonam Aña.

Numquid rédditur † pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ. Capitulum. *Jerem. 18.*

Recordâre, quod ſtéterim in conſpectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & avérterem indignatiônem tuam ab eis.

℣. Ne perdas cum impijs. &c.

Ad Miſſam Introitus.

me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes adverſum me. Miſerere &c. Tractus Domine &c. ſup. f. 125.

Offertorium.

Domine convertere, & eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Communio.

Dominus virtutũ ipſe eſt Rex gloriæ.

In Veſperis Capitulum. Jer. 11.

TU autem Dómine Sábaoth, qui júdicas juſtè & probas renes & corda, vídeam ultiõnẽ tuam ex eis: tibi enim revelâvi cauſam meam, Dómine Deus meus.

℟. br. Hym. & ℣. ex Veſper. præcedentis Sabbati

Ad Magnificat Aña.

Si quis ſitit, † veniat ad me & bibat: & de ventre ejus fluent aquæ vivæ dicit Dominus.

Oratio.

DA quæſumus Dómine pópulo tuo ſalûtem mentis & córporis: ✱ ut bonis opéribus inhærẽdo, ✱ tua ſemper mereâtur protectiõne defèndi. Per Dóminum.

Prædicta Capitula & ℣. dicuntur uſq; ad Cœnam D. Antiph. ad Horas uſq; ad Dominic. Palmar.

FERIA TERTIA.

Ad Benedictus Aña.

Tempus meum † nondum advênit, tempus autem veſtrum ſemper eſt parâtum.

Oratio.

NOſtra tibi, Dómine quæſumus, ſint accépta jejúnia: quæ nos & expiándo, grátia tua dignos efficiât, & ad rẽmédia perdúcant ætèrna. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

EXpecta Dominum, viriliter age & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum. Pſal. Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo? Expecta.

Graduale.

Diſcerne cauſam meam Domine ab homine iniquo & doloſo eripe me.

Offertorium.

Sperent in te omnes, qui noverunt nomen tuum Domine: quoniam non derelinquis quærentes te: pſallite Domino, qui habitat in Sion: quoniam non eſt oblitus orationes pauperum.

Communio.

Redime me Deus Iſrael ex omnibus anguſtijs meis.

Ad Magnificat Aña.

Vos aſcendite ad diem feſtum hunc: ego autem non aſcendam, quia tempus meum nondum advenit.

Oratio.

DA nobis, quæſumus Dñe, perſeverántem in tua voluntáte famulâtum: ✱ ut in diêbus noſtris & mérito & número ✱ pópulus tibi ſérviens augeâtur. Per Dñum.

FERIA QUARTA.

Ad Benedictus Aña.

Oves meæ † vocem meam áudiunt: & ego Dóminus agnóſco eas.

Oratio.

SAnctificáto hoc jejúnio Deus, tuôrum corda fidélium miſerâtor illúſtra: & quibus devotiônis præſtas affectum, præbe ſupplicántibus pium benígnus audîtum. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

Liberator me us de gentibus iracundis ab inſurgentibus in me exaltabis me: à viro ini quo eripies me Do mine. Pſalmus. Diligam te Domine virtus mea: Dominus firmamentũ meũ & refugiũ meũ, & liberator meus. Repete ab initio Liberator meus. ſuprà.

Tractus. Domine non ſecundùm ſupr. 125.

Offertorium. Eri pe me de inimicis me is, De us me us, & ab inſurgentibus in me libera me Do mine. Communio

Lavabo inter innocentes manus meas, & circui bo alta re tuum Do mine, ut au diam vocem laudis tuæ, & enarrem universa mirabi lia tu a.

Ad Magnificat Aña.

Multa bona opera † operatus ſum vobis: propter quod opus vultis me occidere?

Oratio.

ADeſto ſupplicatiónibus noſtris omnípotens Deus: ✱ & quibus fidúciam ſperándæ pietâtis indúlges, ✱ conſuétæ miſericórdiæ tríbue benígnus effectum. Per Dóminum noſtrum.

FERIA QUINTA.

Ad Benedictus Aña.

Magíſter dicit: † Tempus meum prope eſt; apud te fácio Paſcha cum diſcípulis meis. Oratio.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: ut dígnitas conditiônis humânæ per immoderantiam ſau-

ciâta, medicinâlis parſimóniæ ſtúdio reformêtur. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

OMnia quæ feciſti nobis Domine in vero judicio feciſti: quia peccavimus tibi, & mandatis tuis non obedivimus: ſed da gloriam nomini tuo, & fac nobiſcum ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ. Pſal. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Omnia.

Gradual.

Tollite hoſtias, & introite in atria ejus: adorate Dominum in aula ſancta ejus.

Offertorium. Super flumina babylonis, illic ſedimus & flevimus, dum recordaremur tui Sion.

Communio. Memento verbi tui ſervo tuo Domine, in quo mihi ſpem dediſti: hæc me conſolata eſt in humilitate mea.

Ad Magnificat Aña.

Deſiderio † deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.

Oratio.

EſTo, quæſumus Dómine, propítius plebi tuæ: * ut, quæ tibi non placent, reſpuéntes, * tuórū pótius repleántur delectatiónibus mandatórum. Per Dóminum.

FERIA SEXTA.

Ad Benedictus Aña.

Appropinquâbat autem † dies feſtus Judæórum: & quærébant príncipes ſacerdôtum, quómodo Jeſum interfícerent, ſed timébant plebem.

Oratio.

COrdibus noſtris, quæſumus Dómine, grátiam tuam benígnus infunde: ut peccáta noſtra caſtigatiône voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerêmur, quàm ſupplícijs deputêmur ætérnis. Per Dóminum.

Ad Miſſam Introitus.

MIſerere mihi Domine, quoniam tribulor: libera me & eripe me de manibus inimicorum meorum, & à perſequentibus me: Domine non confundar, quoniam invocavi te. Pſalmus.

In te Domine ſperavi, non confundar in æ-
ternum: in juſtitia tua libera me. Miſerere

Tractus. Domine non ſecundùm. ſupr. f. 125.
ſed cras loco dicti Tractus cantatur ſequens

Graduale.

Pacificè loquebantur mi hi
inimici me i: & in i ra mole ſti
e rant mi hi.

Offertor.

Benedictus es Domine, doce me juſtifica-
tio nes tuas: & non tradas calumnian-
tibus me ſuper bis: & reſpondebo expro-
brantibus mi hi ver bum.

Comunio.

Ne tradideris me Domine in animas
perſequentium me: quo niam inſur-
rexerunt in me teſtes ini qui, & men-
dita eſt iniquitas ſibi.

Ad Magnificat Aña.

Principes ſacerdotum † conſiliũ
fece runt, ut Jeſum occide-
rent; dicebant autem: non in di-
e fe ſto, ne fortè tumultus fieret
in populo.

Oratio.

Concede quæſumus omnipotens Deus:* ut qui protectiónis tuæ grátiam quærimus, liberâti à malis ómnibus, ſecúra tibi mente ſerviâmus. Per Dóminum noſtrum.

SABBATO.

Ad Benedictus Antiphona.

Clarífica me † Pater apud temetípſum claritâte, quam habui, priúſquam mundus fieret.

Oratio.

Profíciat, quæſumus Dómine, plebs tibi dicâta, piæ devotiônis affectu: ut ſacris actiónibus erudíta, quantò Majeſtâti tuæ ſit gratior, tantò donis potióribus augeatur. Per Dóminum

Miſſa dicitur heſterna.
In Veſperis Capitulum Fratres, Hoc enim. ex Dom. Palmarũ. ℟. br. Hym. & ℣. ex Sabbato præced. fol.

Ad Magnificat Aña.

Pater juſte † mundꝰ te non cognovit: ego
autẽ novi te, quia tu me miſiſti. 4.

Oratio.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui humáno géneri, ad imitándũ humilitátis exémplũ Salvatôrem noſtrum carnẽ ſúmere & Crucem ſubîre feciſti:* concéde propítius,* ut & patiéntiæ ipſius habêre documénta, & reſurrectiônis conſórtia mereâmur. Per eúmdem Dóminum.

HEBDOMADA
MAJOR.

DOMINICA
In Palmis.
Ad Laudes Antiphonæ.

DOminus Deus † auxiliâtor meus: & ídeo non ſum confúſus. Miſerere mei.

Circumdantes † circumdedérunt me: & in nómine Dñi vindicâbor in eis.

Júdica cauſam meam: † defénde, quia potens es Dómine.

Cum Angelis † & púeris fidéles inveniâmur, Triumphatôri mortis clamantes: Hoſaña in excélſis.

Confundántur, † qui me perſequúntur, & non confundar ego, Dñe Deus meus.

Capitulum. *Phil. 2.*

FRatres, Hoc enim ſentíte in vobis, quod & in Chriſto Jeſu; qui cùm in forma Dei eſſet, non rapînam arbitratus eſt eſſe ſe æquálem Deo; ſed ſemetípſum exinanîvit formam ſervi accípiens, in ſimilitúdinem hóminum factꝰ & hábitu invéntus ut homo.

℟. brev. Erue à frámea ✱ Deus ánimam meam. ℣. Et de manu canis únicam meam. rep. Erue.

Hymnus.

Luſtris ſex qui jam peráctis
Tempus implens córporis
Se volénte, natus ad hoc
Paſſióni déditus.
Agnus in Crucis levâtur
Immolándus ſtípite.

Hîc acêtum, fel, arúndo,
Sputa, clavi, láncea:
Mite corpus perforâtur,
Sanguis, unda profluit
Terra, pontus, aſtra, mundꝰ
Quo lavántur flúmine.

Crux fidêlis, inter omnes
Arbor una nóbilis:
Nulla ſilva talem profert
Fronde, flore gérmine:
Dulce lignum, dulces clavos
Dulce pondus ſúſtinet.

Flecte ramos arbor alta,
Tenſa laxa víſcera;
Et rigor lentéſcat ille
Quem dedit natívitas
Ut ſupérni membra Regis
Miti tendas ſtípite.

Sola digna tu fuíſti,
Ferre ſæcli prétium,
Atque portum præparâre,
Nauta mundo náufrago
Quem ſacer cruor perúnxit
Fuſus Agni córpore.

Glória & honor Deo,
Uſquequaque Altíſſimo,

Una Patri, Filióque
Inclyto Paráclito
Cui laus eſt & poteſtas
Per ætérna ſæcula. Amen.

℣. Eripe me de inimícis meis Deus meus. ℟. Et ab inſurgéntibus in me líbera me.

Ad Benedictus Antiph.

Turba multa, † quæ convénerat ad diem feſtum, clamâbat Dómino: Benedíctus, qui venit in nómine Dómini, Hoſánna in excélſis.

Oratio.

OMnípotens ſempitérne Deus, qui humáno géneri ad imitándum humilitátis exémplum Salvatôrem noſtrum carnē ſúmere, & Crucem ſubîre fecíſti: * concéde propítius; * ut & patiéntiæ ipſius habére documénta, & reſurrectiônis consórtia mereâmur. Per eúmdem Dóminum.

Ad Primam Antiphona.

Púeri Hebræôrum † tolléntes ramos olivârum, obviavérunt Dómino clamántes & dicéntes: Hoſánna in excélſis.

Ad Abſolutionē Capituli Lectio brevis erit Faciem meam.

Ad Tertiam Antiph.

Púeri Hebræôrum † veſtiménta proſternébant in via, & clamabāt dicéntes: Hoſánna Fílio David: Benedíctꝰ qui venit in nómine Dñi.

Capitulum. Fratres, Hoc enim ſupra.

℣. Erue à frámea Deus ánimam meam. ℟. Et de manu canis únicā meam.

Ad Sextam Antiph.

Tibi revelâvi † cauſam meam defenſor vitæ meæ, Dómine Deus meus.

Capitulum. Phil. 2.

HUmiliâvit ſemetípſum factꝰ obédiens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltâvit illum, & donâvit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

℣. De ore leônis líbera me Dómine. ℟. Et à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Ad Nonam Antiph.

Invocâbo † nomen tuū Dñe: ne avértas faciē tuam à clamôre meo.

Capitulum. Phil. 2.

IN nómine Jeſu omne genu flectâtur, cæleſtium, terreſtriū & infernôrum: & omnis lingua confiteâtur, quia Dóminus noſter Jeſus Chriſtus in glória eſt Dei Patris.

℣. Ne perdas cum ímpijs Deus ánimam meam. ℟. Et cum viris ſánguinum vitam meam.

In Veſperis Antiphonæ & Pſalmi Dixit Dominus. ex Pſalterio.
Capitulum Fratres, Hoc enim. ſuprà ex Laud.

Reſpons. breve.

De ore leonis * libera me Domine.

ne. ℣. Et à cornibus unicorniū

humilitatem meam. De ore.

Hymnus.

V Exilla Regis prodeunt



Fulget Crucis myſterium,

Quo carne carnis Conditor
ſuſpenſus eſt pati bulo.
Quo vulnerátus ínſuper
Mucróne diro lánceæ,
Ut nos lavâret crímine,
Manâvit unda & Sánguine
Impléta ſunt, quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicens: In natiónibus
Regnâvit à ligno Deus.
Arbor decôra & fúlgida,
Ornâta Regis púrpura,
Electa digno ſtípite
Tam ſancta membra tángere
Beáta, cujus bráchijs
Sæcli pepéndit prétium.
Statêra facta córporis
Prædámque tulit tártari.
O Crux ave ſpes única,
Hoc Paſſiónis témpore,
Auge pijs juſtítiam,
Reiſque dona véniam.
Te ſumma Deus Trínitas
Collaudet omnis ſpíritus,
Quos per Crucis myſtériũ
Salvas, rege per ſæcula. Am.

℣. Eripe me Dómine ab hómine malo. ℟. A viro iníquo éripe me.

Ad Magnificat Aña.

Scriptum eſt enim: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. Poſtquam autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam, ibi me videbitis, dicit Dñus. M.

Oratio ut ſuprà Omnipotens ſuprà.

Ad Benectionem Palmarum.

Horâ confretâ, facta aſperſione more ſolito Sacerdos indutus Pluviali violaceo procedit ad benedicendum Ramos Palmarum in cornu Epiſtolæ poſitos. Et primò à Choro cantatur Aña.

HOſanna Filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini. o Rex Iſraël! Oſanna in excelſis.

Dictâ dein à Sacerdote Oratione, Subdiaconus legit Lectionem, poſt quam cantatur pro Grad.

Collegerunt Pontifices & Phariſæi concilium, & dixerunt: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eũ. Et venient Romani, & tollent noſtrũ locũ & gentem. ℣. Unus autẽ ex illis Caiphas nomine, cum eſſet

Pontifex anni illius, prophetavit dicens: expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitaverũt interficere eum dicentes. *Et venient.*

Tum Diaconus petita priùs Benedictione cantat Evangelium omninò ùt aliàs in Miſſa ſolenni. Quo dicto Sacerdos in Cornu Epiſtolæ dicit unam Orationem cui annectit Præfationem in tono feriali, choro eidem reſpondente. hac finita cantatur:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominꝰ Deus ſabaoth. Pleni ſunt cæli & terra gloria tua. Hoſanna in excelſis. Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hoſanna in excelſis.

Poſtea Sacerdos benedicit Ramos Palm: Dicendo V. Orationes. Tum aſpergit eos & incenſat. & dicta denuò Oratione, poſtquàm Sacerdos à Digniore ex Clero accepit Ramum, Ipſe Sacerdos diſtribuit eos primò ei, qui ipſi dedit & Diacono & Subdiacono tum Clero ac Laicis, omnibꝰ genuflectentibus & tam Ramum quàm manum Celebrantis Sacerdotis oſculantibus: exceptis, ſi adſint, Prælatis. Sub qua diſtributione cantantur duæ ſequentes Antiphonæ.

PUeri Hebræorum portantes ramos olivarum obviaverũnt Domino, clamantes & dicentes: Hoſanna in excelſis.

Antiphona alia.

PUeri Hebræorum veſtimenta proſternebant in via, & clamabant dicentes: Hoſaña Filio David: benedictus, qui venit in nomine Domini.

Dicta iterum Oratione, & incenſo in thuribulum poſito à Sacerdote celebrante, Diaconus converſus ad populum dicit:

Procedamꝰ in pace.

Reſpondet Chorus.

In nomine Chriſti, Amen.

Poſtea fit Proceſſio cum Ramis Palm. Præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante. ſequitur Subdiaconus Crucem portans, medius inter duos Acolythos cum Cereis accenſis tum Clerus ac tandem Sacerdos, cui Diaconus à ſiniſtris ſervit. & cantatur ſequens

Reſponſ: ad Proceſſionem

CUm audiſſet populus, quia Jeſus venit Jeroſolymam, accepeũt ramos palmarum, & exierunt ei obviam: & clamabant pueri dicentes: Hic eſt, qui venturus eſt in ſalutem populi. Hic eſt ſalꝰ noſtra & redemptio Iſrael.

Quantus eſt iſte, cui Throni & Dominationes occurrunt? Noli timere filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi ſedens ſuper pullum aſinæ, ſicut ſcriptum eſt. Salve Rex fabricator mundi qui veniſti redimere nos.

Cum perventum fuerit iterum ad oſtium Eccleſiæ, plures Cantores intrent in eam, & clauſo oſtio ipſi intus cantent ſequentes duos ℣℣.

GLoria, laus & honor tibi ſit Rex Chriſte Redemptor: Cui puerile decus prompſit Hoſanna pium.

Chorus extra oſtium repetit eoſdem ℣℣. & hoc poſt quodlibet diſtichon ſequens. pergunt dein Cantores

Iſrael es tu Rex Davidis & inclyta Proles: Nomine qui in Domini Rex benedicte venis. *Gloria laus.*

Cœtus in excelſis te laudat cælicus omnis. Et mortalis homo, & cuncta creata ſimul. *Gloria.*

Plebs hebræa tibi cum palmis obviam venit. Cum prece, voto hymnis adſumꝰ ecce tibi. *Gloria.*

Hi tibi paſſuro ſolvebāt munia laudis. Nos tibi regnanti pangimus ecce melos. *Gloria.*

Hi placuêre tibi, placeat devotio noſtra. Rex pie, Rex clemens, cui bona cuncta placent. *Gloria, laus, &c.*

His completis Celebrans accepta Cruce proceſſionali, cum ejus haſtili ter pulſat in imâ parte januam Eccleſiæ clauſam, ad quemlibet ictum dicens, voce ſecundâ & tertiâ vice magis magiſque elevando:

Attollite portas Principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

Cantores intra Eccleſiam interrogant: Quis eſt iſte Rex gloriæ?

Reſpondet Sacerdos I. & II. vice:

Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Et im̄ediatè repetit elevatiori voce Sacerdos: Attollite portas. ut ſuprà.

Tertia vice loco ſuperiorum ℟. ſeqq:

Dominus virtutum, ipſe eſt Rex gloriæ.

Quibus dictis aperitur Janua, et ingrediendo cantatur ſeq:

I Ngrediente Domino in ſanctã Ci-
vitatem Hebræorum, pueri reſurre-
ctionem vitæ prænuntiantes, Cum
ramis palmarum Hoſanna clamabãt
in excel ſis. ℣. Cum audiſſet po-
pulus, quod Jeſus veniret Jeroſo ly-
mam, exie runt obviam e i
cum ramis plamarum, Hoſanna cla-
mabant in excel ſis. *Cum ramis.*

Gloria Patri. non cantatur.
Deinde cantatur Miſſa ſine Organo.

Ad Miſſam Introitus.

DO mine, ne longè facias auxiliũ
tu um à me, ad defenſionem meam aſpice:
libera me de ore leonis, & à cornibus uni-
cornium humilita tem me am. Pſalmus
Deus, Deꝰ meꝰ, reſpice in me, quare me dereliqui-
ſtiꝰ longè à ſalute mea verba delictorũ meorum.
Domine. ab initio.

Pro Graduali

Tenuiſti manum dexteram meam: & in vo-
luntate tua deduxiſti me: & cum glo ria
aſſumpſi ſti me. Dein à III. Diaconis cantatur

Paſſio D.N.J.C.

¶. Signum ✠ denotat Perſonam Chriſti loquẽtis. Littera E. Evangeliſtæ & P. Perſonæ loquentis. ubi verò additur aſteriſcus ✱. Chorus denotatur.

E. PASSIO Domini noſtri Jeſu Chri-
ſti ſecundùm Matthæum. In illo tem-
pore: dixit Jeſus diſcipulis ſuis. ✠. Sci-
tis, quia poſt biduum Paſcha fiet, & Fi-
lius hominis tradetur, ut crucifigatur.
E. Tunc congregati ſunt principes ſacer-
dotũ & ſeniores populi, in atriũ princi-
pis ſacerdotum qui dicitur Caiphas: &
concilium fecerunt, ut Jeſũ dolo teneret
& occiderent. Dicebant autem: P✱ Non✱
in die fe ſto. E. Ne fortè tumultꝰ fi-
eret in populo. Cum autem eſſet Jeſus in

Bethania, in domo Simonis leproſi, acceſ-
ſit ad eũ mulier habens alabaſtrũ un-
guenti pretioſi: & effudit ſuper caput ip-
ſius recumbentis. Videntes autẽ diſcipu-
li indignati ſunt dicentes: P.✱ Ut quid
perditio hæc? potuit enim unguentũ
iſtud venumdari multo & dari paupe-
ribus. E. Sciens autem Jeſus ait illis.
✠. Quid moleſti eſtis huic mulieri? o-
pus enim bonũ operata eſt in me. Nam
ſemper pauperes habetis vobiſcũ: me
autem non ſemper habetis. Mittens e-
nim hæc unguentum hoc in corpꝰ me-
um ad ſepeliendum me fecit. A men
dico vobis: ubicunque prædicatũ fuerit
hoc Evangelium in toto mundo, dicetur,
& quod hæc fecit in memoriã e jus.
E. Tunc abijt unus de duodecim, qui dici-
tur Judas Iſcariotes, ad principes ſacer-
dotũ, & ait il lis: P. Quid vultis mihi
dare, & ego eum vobis tradam? E. At illi
conſtituerunt ei triginta argenteos. Et
exinde quærebant opportunitatẽ, ut eũ
traderet. Prima autem die azymorũ ac-
ceſſerunt diſcipuli ad Jeſum dicentes:
P.✱ Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha?✱
E. At Jeſus dixit: ✠. I te in civitatẽ
ad quemdã, & dicite e i: Magiſter dicit:
tempus meum propè eſt: apud te facio
Paſcha cum diſcipulis me is. E. Et fe-
cerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis
Jeſus, & paraverunt Paſcha. Veſpere

autē facto diſcumbebat cum duodeci
diſcipulis ſuis. Et edentibꝰ illis dixit:
✠ A men dico vobis, quia unꝰ veſtrum
me traditu rus eſt. E. Et contriſtati
* valde cœperunt ſinguli dicere. P. ✠ Num-
quid ego ſum Domine? E. At ipſe reſpon-
dens ait. ✠ Qui intingit manū mecum
in paropſide, hic me tradet. Filius quidē
hominis vadit, ſicut ſcriptū eſt de illo.
Væ autem homini illi, per quem Filiꝰ ho-
minis tradetur. Bonum erat ei, ſi natus
non fuiſſet homo il le. E. Reſpon-
dens autem Judas, qui tradidit illū di-
xit. P. Numquid ego ſum Rabbi? E. Ait
il li. ✠ Tu dixi ſti. E. Cœnan-

tibꝰ autem eis, accepit Jeſus panē & be-
nedixit ac fregit, deditq; diſcipulis ſu-
is & ait: ✠ Ac cipite & comedite,
Hoc eſt Corpus me um. E. Et accipi-
ens calicem gratias egit, & dedit illis
dicens: ✠ Bi bite ex hoc omnes: Hic eſt
enim Sanguis meus novi teſtamenti,
qui pro multis effundetur in remiſſio-
nem peccatorum. Dico autem vobis:
non bibā amodò de hoc genimine vitis u-
que in diem illum, cū illud bibam vobiſ-
cū novū in domo Patris me i. E. Et
hymno dicto, exierunt in montē Oliveti.
Tunc dicit illis Jeſus: ✠ Omnes vos ſca-
dalū patiemini in me in iſta nocte Scrip-

tũ eſt enim: percutiam paſtorem, & diſpergentur oves gregis. Poſtquã autẽ reſurrexero, præcedã vos in Galilæam. E. Reſpondens autẽ Petrus ait illi. P. Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. E. Ait illi Jeſus. ✠ Amen dico tibi; quia in hac nocte, antequã gallus cantet, ter me negabis. E. Ait illi Petrus. P. Etiamſi oportuerit me mori tecũ, non te negabo. E. Similiter & omnes diſcipuli dixerũt. Tunc venit Jeſus cũ illis in villam, quæ dicitur Gethſemani: & dixit diſcipulis ſuis. ✠ Sedete hîc, donec vadã illuc & orem. E. Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit cõtriſtari & mœſtus eſſe. Tunc ait illis: ✠ Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem: ſuſtinete hîc & vigilate mecum. E. Et progreſſus puſillũ procidit in faciem ſuam orans & dicens: ✠ Pater mi! ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. E. Et venit ad diſcipulos ſuos, & invenit eos dormientes; & dicit Petro: ✠ Sic, non potuiſtis unâ horâ vigilare mecũ? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationẽ. Spiritus quidẽ prõptus eſt, caro autem infirma. E. Iterũ ſecundò

abijt & oravit dicens. ✠ Pa ter mi!
ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bi-
bam illum, fiat voluntas tu a.
E. Et venit iterũ, & invenit eos dormien-
tes: erant enim oculi eorũ gravati. Et
relictis illis, iterũ abijt & oravit tertiò
eumdem ſermonem dicens. Tunc venit
ad diſcipulos ſuos & dicit illis. ✠ Dor-
mite jam & requieſ cite. Ecce appropi-
quavit hora; & Filius hominis tradetur
in manus peccatorum. Surgite eamꝰ:
ecce appropinquat, qui me tra det.
E. Adhuc eo loquente, ecce Judas unꝰ de
duodecim venit, & cũ eo turba multa
cũ gladijs & fuſtibꝰ miſſi à principibꝰ
ſacerdotum & ſenioribꝰ populi. Qui au-
tem tradidit eum, dedit illis ſignũ di-
cens. P. Quemcumqꝫ oſculatus fuero,
ipſe eſt, tenete e um. E. Et confe-
ſtim accedens ad Jeſum di xit. P. Ave
Rab bi. E. Et oſculatus eſt e um.
Dixitque illi Jeſus. ✠ Ami ce ad
quid veniſti? E. Tunc acceſſerũt & ma-
nus injecerunt in Jeſum, & tenuerunt e-
um. Et ecce unus ex his, qui erant cum
Jeſu, extendens manũ exemit gladiũ
ſuum, & percutiens ſervum principis
ſacerdotum, amputavit auriculam e-
jus. Tunc ait illi Jeſus. ✠ Conver te
gladium tuum in locũ ſuum. Omnes
enim, qui acceperint gladium, gladio
peribunt. An putas, quia non poſſũ

rogare Patrem meum, & exhibebit
mihi modò pluſquam duodecim legi-
ones Angelorũ? Quomodo ergo imple-
buntur Scripturæ, quia ſic oportet fi-
eri. E. In illa hora dixit Jeſus tur-
bis. ✠ Tanquã ad latronẽ exiſtis cũ
gladijs & fuſtibus comprehendere
me. Quotidie apud vos ſedebam docẽs
in templo, & non me tenui ſtis. E.
Hoc autẽ totum factũ eſt, ut adimplerẽ-
tur ſcripturæ Prophetarum. Tunc diſ-
cipuli omnes relicto eo fugerunt. At
illi tenentes Jeſum duxerunt ad Cai-
pham principem ſacerdotum, ubi
ſcribæ & ſeniores convenerant. Petrꝰ
autem ſequebatur eum à longè uſq; in
atrium principis ſacerdotum. Et ingreſ-
ſus intro ſedebat cum miniſtris, ut vi-
deret finem. Principes autẽ ſacerdotũ
& omne concilium quærebãt falſũ te-
ſtimonium contra Jeſum, ut eum morti
traderent. Et non invenerunt, cũ mul-
ti falſi teſtes acceſſiſſent. Noviſſimè
autem venerunt duo falſi teſtes, & di-
xerunt. P✱. Hic dixit: Poſſum deſtru-✱
ere templũ Dei, & poſt triduum reæ-
dificare il lud. E. Et ſurgens prin-
ceps ſacerdotum, ait il li. P. Nihil
reſpondes ad ea, quæ iſti adverſum te
teſtificantur? E. Jeſus autem tacebat
Et princeps ſacerdotum ait il li.
P. Adjuro te per Deũ vivũ, ut dicas no-

bis: Si tu es Chriſtus Filius De i.
E. Dicit illi Jeſus. ✠ Tu dixi ſti. Verũ-
tamen dico vobis: amodo videbitis Fi-
lium hominis ſedentem à dextris vir-
tutis Dei, & venientem in nubibus
cæ li. E. Tunc princeps ſacerdotũ
ſcidit veſtimenta ſua di cens. P. Blaſ-
phemavit. Quid adhuc egemꝰ teſtibꝰ?
Ecce nunc audiſtis blaſphemiam, quid
vobis videtur? E. At illi reſpondentes
* dixerunt. P✱. Reus eſt mor tis. E. Tũc
exſpuerunt in faciẽ ejus, & colaphis eũ
ceciderunt. Alij autẽ palmas in faciẽ
* ejus dederunt dicentes. P✱. Propheti-
za nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſ-
ſit? E. Petrus verò ſedebat foris in atrio.

Et acceſſit ad eum una ancilla di cens:
P. Et tu cum Jeſu Galilæo e ras. E. At
ille negavit coram omnibus di cens.
P. Neſcio quid di cis. E. Exeunte au-
tem illo januam vidit eum alia ancilla,
& ait his qui erant i bi. P. Et hic
erat cum Jeſu Nazare no. E. Et ite-
Pilatus locutus eſt ad eos, volens dimitte-
re Jeſum. At illi ſucclamabant dicentes:
P. * Crucifige, crucifige ẽ um. E. Il- *
le autem tertiò dixit ad il los. P. Quid
enim mali fecit iſte? nullam cauſã mor-
tis invenio in eo. corripiam ergo illũ
& dimit tam. E. At illi inſtabant vo-
cibus magnis poſtulantes, ut crucifi-
geretur: & invaleſcebant voces eorũ.
Et Pilatus adjudicavit fieri petitionẽ
eo rum. Dimiſit autem illis eum, qui
propter homicidium & ſeditionẽ miſſ9
fuerat in carcerẽ, quẽ petebant. Jeſũ ve-
rò tradidit voluntati eorũ. Et cũ duce-
rent eum, apprehenderunt Simonem
quẽdam Cyrenenſẽ venientem de villa


& impoſuerunt illi crucē portare poſt
Jeſum. Sequebatur autem illum multa
turba populi & mulierū: quæ plange-
bant & lamentabantur eum. Converſus
autem Jeſus ad illas dixit: ✠ Fi li-
æ Jeruſalem, nolite flere ſuper me, ſed
ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios ve-
ſtros. Quoniā ecce venient dies, in quibꝰ
dicent: Beatæ ſteriles & ventres, qui non
genuerunt, & ubera quæ non lactaverūt.
tunc incipient dicere montibꝰ, cadite ſu-
per nos: & collibus, operite nos. quia ſi in
viridi ligno hæc faciunt, in arido quid
fiet? E. Ducebantur autem & alij duo
nequam cū eo, ut interficerentur. Et
poſtqm̄ venerunt in locū, qui vocatur
Calvariæ, ibi crucifixerunt eū, & la-
trones unū à dextris, & alterū à ſini-
ſtris. Jeſus autem dicebat: ✠ Pa ter
dimitte illis: non enim ſciunt quid faci-
unt. E. Dividentes verò veſtimenta e-
jus, miſerunt ſortes. Et ſtabat populꝰ
ſpectans: & deridebant eum principes cū
eis dicentes. P. * Alios ſalvos fecit: ſe *
ſalvū faciat, ſi hic eſt Chriſtus Dei ele-
ctus. E. Illudebant autem ei & mi-
lites accedentes & acetū offerentes il-
li & dicentes. P. * Si tu es Rex Judæorū *
ſalvū te fac. E. Erat autē & ſuperſcrip-
tio ſcripta ſuper eum litteris græcis
& latinis & hebraicis: Hic eſt Rex Ju-
dæorum. Unus autem de his, qui pen-

debant, latronibus, blaſphemabat eum
di cens: P. Si tu es Chriſtus, ſalvum
fac temetipſū & nos. E. Reſpondens au-
tem alter increpabat eum di cens. P. Ne-
que tu times Deū, qui in eadem damna-
tione es? Et nos quidem juſtè, nam dig-
na factis recipimus: hic verò nihil mali
geſ ſit. E. Et dicebat ad Je ſum. P.
Domine memento mei cū veneris in reg-
nū tu um. E. Et dixit illi Jeſus: ✠ A-
men dico tibi: hodie mecū eris in pa-
radi ſo. E. Erat autem ferè hora
ſexta: & tenebræ factæ ſunt in univer-
ſam terram, uſque in horam nonam. Et
obſcuratus eſt ſol: & velū templi ſciſſū
eſt medium. Et clamans Jeſus voce mag-
na ait: ✠ Pa ter, in manus tuas com-
mendo Spi ri tum me um. E.
Et hæc dicens, expiravit. *Hic genuflectitur & pauſatur aliquantū.*
E. Videns autem Centurio, quod factū
fuerat glorificavit Deum di cens. P.
Verè hic homo juſtus e rat. E. Et om-
nis turba eorum, qui ſimul aderant
ad ſpectaculum iſtud, & videbant, quæ
fiebant, percutientes pectora ſua re-
vertebantur. Stabāt autem omnes no-
ti ejus à longè: & mulieres, quæ ſecu-
tæ erant eū à Galilæa, hæc videntes.

Cætera cantantur à Diacono in tono Evangelij præmiſſo Incenſo, ut aliàs in Miſſa ſolenni.

Offertoriū

Do mine exaudi o rati o-
nem meam, & clamor meus ad te perve ni-
at: ne aver tas faciem tuam à me.

Communio

Potum meum cū fletu tempe-

Ad Magnificat Antiph.

Ancilla dixit Petro: † Verè tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtũ te facit.

Oratio.

Reſpice, quæſumus Dñe, ſuper hanc famíliã tuã, pro qua Dñus noſter Jeſus Chriſtus non dubitâvit mánibꝰ tradi nocéntiũ, & Crucis ſubíre torméntũ. Qui tecũ vivit.

De ſupradicta Paſſione D.N.J.C. Vox Populi à IV. Vocibus ordinarijs.





- adhuc deſideramus teſti mo niū ipſi
- adhuc deſideramus te ſtimoniū ipſi
deſidera mus teſtimo niū ipſi
hucdeſidera muſteſti mo niū ipſi
ri & dicentem ſe Chriſtū regem eſſe.
ri & dicentem ſe Chriſtū regem eſſe.
ri & dicentem ſe Chriſtū regem eſſe.
ri & dicentem ſe Chriſtū regem eſſe.
enim audivimus de o re deo re ejus
enim au audivimus deo re ejus.
enim audivimus deo re e jus.
enim audivimus de o re de o re e jus.
Commovet populum docens per univer-
Commovet populum docens per univer-
Commovet populum docens per univer-
Commovet populum docens per univer-
Hunc invenimus ſubvertentem gentem
Hunc invenimus ſubvertentem gentem
Hunc invenimus ſubvertentem gentem
Hunc invenimus ſubvertentē gentem
ſam Judæam, incipiens à Galilæa uſ-
ſam Judæam incipiens à Galilæa uſ-
ſam Judæam incipiens à Galilæa uſ-
ſam Judæam, incipiens à Galilæa uſ-
& prohibentem tributa tributa dari Cæſa-
& prohibentem tributa dari Cæſa-
& prohibentem tributa dari Cæſa-
& prohibentem tributa tributa dari Cæſa-
- que huc. Tolle hunc, & dimitte
- que huc. Tolle hunc & dimitte
- que huc. Tolle hunc & dimitte
- que huc. Tolle hunc & dimitte

nobis Barabbā
Crucifige crucifige eū.
nobis Barabbam
Crucifige crucifige eū
nobis Barabbā
Crucifige crucifige eū
nobis Barabbam
Crucifige crucifige eū.
Si tu es Rex Judæ o rum ſal-
Si tu es Rex Judæ o rum ſal-
Si tu es Rex Judæ o rū ſal-
Si tu es Rex Judæorum ſal-
Alios ſalvos fe cit ſe ſalvū faciat
Alios ſalvos fecit ſe ſalvū faciat
Alios ſalvos fe cit ſe ſalvū faciat
Alios ſalvos fecit ſe ſalvū faciat
vū te fac ſal - vum te fac.
- vum te fac ſalvū te fac.
vū te fac ſal - - vū te fac.
vū te fac ſal vū te fac.
ſi hic eſt Chriſtus De i e lectus
ſi hic eſt Chriſtus Dei e lectus
ſi hic eſt Chriſtus Dei e lectus
ſi hic eſt Chriſtus Dei electus.
Fi - nis.

FERIA QUINTA
IN COENA DOMINI.

In Matutino Tenebrarum.

Lectiones I. Nocturni de Jeremia Propheta cantantur ut ſequitur.

Lectio I.

incipitur poſt ℣. cantatum in Voce Baſſa & Orationem Dominicam ſecreto dictam, abſolutè ſine data abſolutione & benedictione.

Jeruſalem, convertere ad Dominū Deum tu um.

Sic terminantur Lectiones de Lamentationib9 in hoc triduo.

℟. In monte Olivéti orâvit ad Patrem: Pater, ſi fieri poteſt, tránſeat à me calix iſte: * Spíritus quidem promptus eſt, caro autem infirma; fiat volúntas tua. ℣. Vigilâte & orâte, ut non intrétis in tentatiônem. Spiritus quidem.

Lectio II.

VA u. Et egreſſus eſt à filia Sion omnis decor ejus: facti ſũt principes ejus velut arietes non invenientes paſcua; & abierunt abſq; fortitudine ante faciem ſubſequen tis. Za in. Recordata eſt Jeruſalem dierum afflictionis ſuæ & prævaricationis omnium deſiderabilium ſuorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus ejus in manu hoſtili & non eſſet auxiliator. Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbata e jus. Heth. Peccatū peccavit Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Omnes, qui glorificabant eam, ſpreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus. Ipſa autem gemens converſa eſt retrorſum. Teth. Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordatus eſt finis ſu i. Depoſita eſt vehementer non habens conſolatorem. Vide Dñe afflictionem meam: quoniam erectus eſt inimi cus. Jeruſalem, Jeruſalem, convertere ad Dominum Deū tu um.

℟. Triſtis eſt ánima mea uſque ad mortem: ſuſtinête hîc, & vigilâte mecum: nunc vidébitis turbam, quæ circúmdabit me: * Vos fugam capiêtis, & ego vadam immolari pro vobis. ℣. Ecce appro-

pínquat hora, & Filius hóminis tradêtur in manus peccatòrum. Vos fugam.

Lectio III.

JOd. Manum ſuam miſit hoſtis
ad omnia deſiderabilia ejus: quia
vidit gentes ingreſſas ſanctuariũ
ſuũ, de quib9 præceperas, ne intrarẽt
in Eccleſiam tu am. Caph. Omnis
populus ejus gemens & quærens pa-
nem: dederunt pretioſa quæq; pro ci-
bo ad refocillandam animam. Vide
Domine & conſidera, quoniã facta ſũ
vi lis. Lamed. O vos omnes, qui
tranſitis per viam, attendite & vide-
te, ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quo-
niam vindemiavit me, ùt locut9 eſt
Domin9 in die iræ furoris ſu i.
Mem. De excelſo miſit ignem in oſſi-
bus meis & erudivit me: expandit re-
te pedibus meis, convertit me retror-
ſum. Poſuit me deſolatam, tota die
mœrore confe ctam. Nun. Vigila-
vit jugum iniquitatum mearum: in
manu ejus convolutæ ſunt & impo-
ſitæ collo meo: infirmata eſt virt9 me-
a, dedit me Dñus in manũ, de qua ñ
potero ſurgere. Jeruſalem Jeruſalem
convertere ad Dñum Deum tu um.

℟. Ecce vídimus eum non habéntem ſpéciem, neq; decôrem: aſpéct9 ejus in eo non eſt: hic peccâta noſtra portâvit, & pro nobis dolet: ipſe autem vulnerátus eſt propter iniquitátes noſtras: * Cujus livôre ſanáti ſumus. ℣. Verè languóres noſtros ipſe tulit, & dolóres noſtros ipſe portâvit. Cujus livore. ℟. Ecce vídimus.

In II & III. Nocturno

Lectiones leguntur ut ſequens I. Lectio, & hoc idẽ obſervetur in duobus ſequentibus Matutinis. In eodem etiam tono leguntur omnes Prophetiæ, ſi ponuntur in Miſſis.

EX Tractatu ſancti Auguſtini Epiſcopi ſuper Pſalmos. Exaudi Deꝰ orationem meam, & ne deſpexeris depre-cationem meam: intende mihi & exau-di me. Satagentis, ſolliciti, in tribula-tione poſiti verba ſunt iſta. Orat multa patiens, de malo liberari deſi-derans. Supereſt, ut audiamus, in quo malo ſit: & cū dicere cœperit, agnoſ-camꝰ ibi nos eſſe: ut cōmunicata tribu-latione, conjungamus orationem. Con-triſtatus ſum, inquit, in exercitatione mea & conturbatus ſum. Ubi contri-ſtatus? ubi conturbatus? in exercita-tione mea, inquit. Homines malos, quos patitur cōmemoratus eſt: eādē-que paſſionem malorum hominum exer-citationem ſuam dixit. Ne putetis gratis eſſe malos in hoc mundo, & ni-hil boni de ijs agere Deum. Omnis malus aut ideò vivit, ut corrigatur: aut ideò vivit, ut per illum bonus exerceatur.

Ad Laudes Antiphonæ

duplicantur & cantantur in tono lugubri, excep-ta. Antiphona V. quæ nonnihil alacrius intonatur.

JUſtificeris Domine in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris. ꝏ.

Pſalm. Miſerere mei Deus: * ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Dominus tanquam ovis ad victimam ductꝰ eſt, & non ape-ruit os ſuum. 2.

DOmine refúgium factus es nobis, * à generatiône in generatiônem.

Priúſquam montes fierent, aut

formarêtur terra & orbis;* à ſæculo & uſque in ſæculũ tu es Deꝰ.

Ne avértas hóminem in humilitâtem:* & dixíſti: Convertímini filij hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos* tamquam dies heſtérna, quæ prætérijt.

Et cuſtódia in nocte,* quæ pro níhilo habéntur, eôrũ anni erunt.

Manè ſicut herba tránſeat: manè flóreat & tránſeat:* véſperè décidat, indûret & aréſcat.

Quia defécimus in ira tua:* & in furôre tuo turbati ſumus.

Poſuíſti iniquitátes noſtras in conſpéctu tuo,* ſæculũ noſtrum in illuminatiône vultûs tui.

Quóniam omnes dies noſtri defecerunt:* & in ira tua defécimꝰ.

Anni noſtri ſicut aránea meditabúntur:* dies annôrũ noſtrôrũ in ipſis, ſeptuagínta anni.

Si autem in potentátibus, octogínta anni:* & ámpliùs eôrum labor & dolor.

Quóniam ſupervênit manſuetúdo,* & corripiêmur.

Quis novit poteſtâtem iræ tuæ,* & præ timôre tuo iram tuam dinumerâre?

Déxteram tuã ſic notam fac,* & erudítos corde in ſapiéntia.

Convértere Dómine uſquequo* & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos.

Repléti ſumus manè miſericórdia tua:* & exultávimus, & delectáti ſumꝰ ómnibꝰ diêbꝰ noſtris.

Lætáti ſumus pro diêbus, quibus nos humiliâſti;* annis, quibꝰ vídimus mala.

Réſpice in ſervos tuos, & in ópera tua,* & dírige fílios eôrum.

Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos: & ópera mánuum noſtrârum dírige ſuper nos:* & opus mánuum noſtrârum dírige.

Antiphona. Dominus tanquam. ſuprà.



Pſalmi: Deus Deus meus,* ad te de luce vigilo. & Deus miſereatur noſtri. &c. 7.



Canticum Moyſi. Exod. 15.

CAntêmus Dómino: glorióſè enim magnificâtus eſt:* equũ & aſcenſôrem dejêcit in mare.

Fortitûdo mea, & laus mea Dnꝰ;* & factus eſt mihi in ſalûtem.

Iſte Deus meus, & glorificâbo eum,* Deꝰ patris mei, & exaltâbo eũ.

Dóminꝰ quaſi vir pugnâtor omnipotens nomen ejus.* Currus Pharaônis & exércitum ejus pro-

jêcit in mare.
Electi príncipes ejus ſubmérſi ſunt in mari rubro: Abyſſi operué-runt eos,* deſcendérunt in profún-dum quaſi lapis.
Déxtera tua Dñe magnificâta eſt in fortitúdine: déxtera tua Dñe per-cúſſit inimícũ.* Et in multitúdine glóriæ tuæ depoſuíſti adverſários tuos.
Miſiſti iram tuam, quæ devoravit eos ſicut ſtípulam.* Et in ſpíritu furóris tui congregatæ ſunt aquæ.
Stetit unda fluens,* congregátæ ſunt abyſſi in médio mari.
Dixit inimîcus: Pérſequar & com-prehéndam,* dividam ſpólia, im-plébitur ánima mea:
Evaginâbo gládium meum,* in-terfíciet eos manus mea.
Flavit ſpíritus tuus, & opéruit e-os mare:* ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.
Quis ſímilis tibi in fórtibus Do-mine?* quis ſímilis tui, magnífi-cus in ſanctitâte: terribilis atq; laudábilis, fáciens mirabília?
Extendíſti manum tuam, & devo-râvit eos terra.* Dux fuíſti in miſe-ricórdia tua pópulo, quẽ redemíſti.
Et portáſti eum in fortitúdine tu-a* ad habitácul ũ ſanctum tuum.
Aſcendérunt pópuli, & iráti ſũt:* dolóres obtinuérunt habitatóres Philíſtiim.
Tunc conturbáti ſunt príncipes Edom: robuſtos Moab obtínuit tremor:* obriguérunt omnes ha-bitatóres Chánaan.
Irruat ſuper eos formído & pavor,* in magnitúdine brachij tui.
Fiant imóbiles quaſi lapis, donec pertránſeat pópulus tuus Dñe,* donec pertránſeat pópulus tuus iſte, quem poſſedíſti.
Introdûces eos & plantâbis in monte hæreditâtis tuæ,* firmíſ-ſimo habitáculo tuo, quod ope-râtus es Dómine.
Sanctuárium tuũ Dñe, quod firmavérunt manus tuæ.* Dñus regnâbit in ætérnum & ultrà.
Ingréſſus eſt enim eques Phára-o cum cúrribus & equítibus e-jus in mare:* & redúxit ſuper eos Dóminus aquas maris:
Fílij autem Iſraël ambulavê-runt per ſiccum * in médio ejus.

Antiphona. Exhortatus es. ſuprà.

Obla tus eſt, quia ipſe volu-

it, & pecca ta noſtra ipſe

portavit. 2.

Pſalmi. Laudate Dominum de cælis,* lauda-te eum in excelſis. 8. Cantate Domino. 9. & Laudate Dominum in ſanctis ejus. &c. 9.

Capitulum. Reſpons. br. & Hymnus non dicuntur.

Verſus.

Homo pacis meæ in quo ſperavi. Reſ



Qui edebat panes meos ampliavit ad-

verſùm me ſupplantationem.

In hoc tono cantantur omnes ℣℣. & ℟℟. etiam Nocturnorum in hoc triduo.

Ad Benedictus Aña.

Traditor autem dedit eis ſig-

num dicens: quem oſculatus fu-



ero ipſe eſt, tenete eum. *A.*

Canticum. Benedictus Dominus Deus Iſraël, *quia viſitavit & fecit redemptionē plebis ſuæ. Sub quo, extinctis priùs omnibus candelis præter ſummam in candelabro triangulari poſitis, extinquuntur etiam ſex candelæ poſitæ in Altari paulatim. Cum repetitur Ant. Traditor autem. &c. extinctis etiam omnibus luminibus Eccleſiæ, abſconditur denuo illa in triangulo ardens candela ſub Altari in Cornu Epiſt. poſtea Superior dicit; proſequente Choro:

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obédiens uſque ad mortem. II. nocte additur, Mortem autē Crucis. III. nocte Propter quod & Deus exaltâvit illum, & dedit illi nomē, quod eſt ſuper omne nomen.

Et ſic dicitur etiam per omnes Horas flexis genibus. hoc finito dicitur ſecretò totū Pater noſter. Poſteà cantatur modo ſequenti Pſalmus Miſerere mei Deus. qui tamen in Horis ſolùm recitatur, ſed altiori aliquantulū voce.

Chorus cantat duos verſus

Miſerere mei Deus. Sec. &c. cordiā tuā.

Et ſec. &c. tuarū. Dele &c. tatem meam.

Duo Cantores cantant ℣.



Amplius amplius lava me, ab iniqui-



tate mea * & a peccato meo munda



munda munda me.

Pergit Chorus, Quoniam iniquitatem. & Tibi ſoli. &c. deinde iterū duo Cantores ℣. Ecce enim in iniquitatibus. &c. & ſic alternatim uſq; ad finē

Finito Pſalmo à Superiore dicitur ſine Oremus.

Oratio.

Reſpice, quæſumus Dómine, ſuper hanc famíliam tuam, pro qua Dóminus noſter Jeſus Chriſtus non dubitâvit mánibus tradi nocéntium, & Crucis ſubîre torméntum. ſed Qui tecū vivit. &c. dicitur ſub ſilentio.

Deinde fit fragor & ſtrepitus aliquantulùm: mox profertur candela accenſa de ſub Altari, & ſurgentes omnes cum ſilentio diſcedunt.

Ad Horas.

Prima, Tertia, Sexta & Nona dictis ſecretò Pater noſter. Ave Maria. & ad Primā Credo. abſolutè inchoantur à Pſalmis infra ſignatis in voce lugubri & ſine cantu.

Ad Primam

Pſalmus 53.

Deus in nómine tuo ſalvū me fac,* & in virtúte tua júdica me.
Deus exáudi oratiônem meā:* áuribus pércipe verba oris mei.
Quóniam alieni inſurrexérunt advérſum me: & fortes quæſiérūt ánimam meam:* & non propoſuérunt Deū ante conſpéctū ſuum.
Ecce enim Deus ádjuvat me,* & Dnꝰ ſuſcéptor eſt ánimæ meæ.
Avérte mala inimícis meis:* & in veritáte tua diſperde illos.
Voluntárie ſacrificábo tibi,* & confitébor nómini tuo Dómine: quóniam bonum eſt.
Quóniam ex omni tribulatióne eripuiſti me:* & ſuper inimícos meos deſpéxit óculus meus.

Deinde Pſalmus Beati immaculati cum tribus ſequentibus Diviſionibꝰ in Dominica poſitis.
AD TERTIAM. Pſalmus, Legem pone cum reliquis Diviſionibus, quæ ponuntur ad Tertiam & Sextam Dominicæ.
AD SEXTAM. Pſalmus, Defecit in ſalutare cum reliquis Diviſionibus Nonæ in Dominica, & Tertiæ in Feria ſecunda.
AD NONAM. Pſalmus, Mirabilia teſtimonia cum reliquis Diviſionibus Sextæ & Nonæ in feria ſecunda.
Finitis Pſalmis dicitur: Chriſtus factus eſt. cum reliquis omnibus ut ſuprà in Laudibus. Non dicitur Gloria Patri uſlibi, nec annuntiatur Martyrologium, nec dicitur Pretioſa.
Ad Veſperas & Completorium vide infra.

Ad Miſſam.

Quæ ſolenniter cantatur cum Organo, & dicitur Gloria in excelſis Deo. &c. & Credo. Sub Gloria. pulſantur Campanæ. & deinceps non ampliùs uſque ad Sabbatum S.

N

Introitus.

tem au tem Cru cis

Offertorium.

Dextera Domini fe cit vir tu tem dextera Do mini exalta vit me: non mo riar, ſed vivam, & narrabo opera Domini.

Comunio.

Dominus Jeſus, poſtquam cœna- vit cum diſcipulis ſuis, lavit pedes eorum & ait illis: Scitis, quid fece- rim vobis ego Dominus & Magiſter? ex- emplū dedi vobis, ut & vos ita faciatis.

Poſt Miſſam [in qua etiam præter ordinariam adhuc duæ Hoſtiæ conſecrari debuerunt pro die ſequenti, una ad comunicandū ipſū Sacerdotem, & altera ad ponendam in ſepulchrum] accenduntur lumina, & in Proceſſione Sacerdos Celebrans deportat SS. Sacramentū in Calice velato ad locum ad hoc præparatum: ſub qua Proceſſione cantatur ſequens Hymnus.

Pange lingua glorioſi
Corporis Miſte rium.
Sanguiniſque pretioſi
Quem in mundi pretium
Fructus ventris generoſi
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine:
Et in mundo converſatus
Sparſo verbi ſemine
Sui moras incolatûs
Miro clauſit ordine.

In ſupremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,
Obſervatâ lege plenè
Cibis in legalibus
Cibum turbæ duodenæ
Se dat ſuis manibus.

Verbum caro panem verum
Verbo carnem efficit
Fitque ſanguis Chriſti merū
Et ſi ſenſus deficit
Ad firmandū cor ſincerum
Sola fides ſufficit.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui
Et antiquum documentū
Novo cedat ritui
Præſtet fides ſupplementū

Senſuum defectui.
Genitori, Genitóque
Laus & jubilatio
Salus, honor virtus quoq;
Sit & benedictio
Procedenti ab utroque
Compar ſit laudatio. Amen.

SS. Sacramento in locum præparatū deportato & incenſato, in Choro dicuntur Veſperæ, ut infra. & Sacerdos cum miniſtris denudet Altaria legendo Antiphonam & Pſalmū ſeq;

Diviſérunt ſibi veſtimenta mea: & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Pſalm. 21.

DEus Deus meus, réſpice in me: quare me dereliquíſti? * longè à ſalûte verba delictôrum meôrum.

Deus meus clamabo per diem, & nō exaúdies: * & nocte, & non ad inſipiéntiam mihi.

Tu autē in ſancto hábitas, * Laus Iſraël.

In te ſperavérunt patres noſtri * ſperavérunt, & liberâſti eos.

Ad te clamavérunt & ſalvi facti ſunt: * in te ſperavérunt, & non ſunt confúſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo: * oppróbrium hóminum & abjectio plebis.

Omnes vidéntes me, deriſérunt me, * locúti ſunt lábijs, & movêrunt caput.

Sperâvit in Dómino, erípiat eum, * ſalvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxíſti me de ventre: * ſpes mea ab ubéribus matris meæ.

In te projectus ſum ex útero: * de ventre matris meæ Deus meus es tu: ne diſceſſeris à me.

Quóniam tribulátio próxima eſt: * quóniā nō eſt, qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi: * tauri pingues obſedérunt me.

Aperuérunt ſuper me os ſuū, * ſicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effûſus ſum: * & diſpérſa ſunt omnia oſſa mea.

Factū eſt cor meū tamq̄m cera liquéſcens * in médio ventris mei.

Aruit tanquam teſta virtus mea: & lingua mea adhæſit faúcibus meis: * & in púlverem mortis deduxíſti me.

Quóniā circūdedérunt me canes multi: * concílium malignántiū obſédit me.

Fodérunt manus meas, & pedes meos: * dinumeravêrunt ómnia oſſa mea.

Ipſi verò conſideravérunt & inſpexérunt me: * diviſérunt ſibi veſtiménta mea: & ſuper veſtem meam miſérunt ſortem.

Tu autem Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me: * ad defenſiónem meam cónſpice.

Erue à frámea Deus animā meā: * & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leônis: * & à córnibus unicórniū humilitátē meam.

Narrâbo nomen tuum frátribus meis: * in médio Eccléſiæ laudâbo te.

Qui timêtis Dóminum laudáte eum: * univérſum ſemen Jacob

glorificâte eum.
Tímeat eũ omne ſemen Iſraël: * quoniã non ſprevit neq; deſpéxit deprecatiônem páuperis.
Nec avértit fáciem ſuam à me: * & cũ clamârẽ ad eũ, exaudívit me.
Apud te laus mea in Eccleſia magna: * vota mea reddam in conſpéctu timéntium eũ.
Edent páuperes & ſaturabúntur: & laudábunt Dóminum, qui requirunt eum: * vivent corda eôrum in ſæculum ſæculi.
Reminiſcéntur & converténtur ad Dñum * univérſi fines terræ.
Et adorâbunt in conſpéctu ejus * univérſæ famíliæ géntium.
Quóniam Dómini eſt regnum: * & ipſe dominábitur géntium.
Manducavérunt & adoravérunt omnes pingues terræ: * in conſpéctu ejus cadent omnes, qui deſcéndunt in terram.
Et ánima mea illi vivet: * & ſemen meum ſérviet ipſi.
Annuntiábitur Dómino generátio ventûra: * & annuntiábũt cœli juſtítiam ejus pópulo, qui naſcêtur, quem fecit Dóminus.
Antiphona. Diviſerunt ſibi. ſupra.

His ita peractis proceditur ad faciendũ Mandatum. Et Prælatus ſeu Superior ſuper amictu & alba indutus ſtola & Pluviali violaceis cum miniſtris in paramentis albis ad locũ deputatũ accedit. ibiq; incenſo impoſito & data benedictione, ut in ſolenni Miſſa fit, Diaconus cantat Evangelium. quo finito & incenſato Supiore, is exuitur Pluviali, & linteo præcingitur, & ſic ad Lotionẽ Pedum Diſcipulorum accedit, miniſtrantibus Diacono & Subdiacono. Et interim à Choro Cantantur ſequentia.

Poſt lotionem Superior lavat manus, dein rediens ad locũ, ubi prius fuerat, accipit pluviale, & tecto capite ſtans dicit.

Pater noſter. ſecretò. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Tu mandâſti mandáta tua Dómine.
℟. Cuſtodíri nimis.
℣. Tu lavâſti pedes diſcipulôrum tuôrum.
℟. Opera mánuum tuârum ne deſpícias.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminꝰ vobíſcũ. ℟. Et cũ ſpíritu tuo.

Orêmus. Oratio.

ADéſto Dómine, quæſumus officio ſervitûtis noſtræ: & quia tu diſcípulis tuis pedes lavâre dignâtus es, ne deſpícias ópera mánuum tuârum, quæ nobis retinénda mandâſti: ut ſicut hîc nobis, & à nobis exteriora abluúntur inquinaménta: ſic à te ómnium noſtrûm interiôra lavéntur peccâta. Quod ipſe præſtâre dignéris, qui vivis & regnas Deus, per ómnia ſæcula ſæculôrum. Amen.

Ad Veſperas.

Dictô ſecretò Pater noſter & Ave Maria abſolutè inchoatur ſine cantu à prima Antiph.

CAlicem † ſalutâris accípiã, & nomen Dómini invocâbo.

Pſalmus, Credidi, propter quod.

Antiph. Cum his † qui oderunt pacem, eram pacíficus: dum loquebar illis, impugnabãt me gratis.

Pſalmus, Ad Dominum cum tribularer.

Antiph. Ab homínibꝰ † iníquis líbera me Dómine. Pſalmꝰ. 139.

ERipe me Dómine ab hómine malo: * à viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde: * tota die cõſtituébant prælia.

Acuérunt linguas ſuas ſicut ſerpentis: * venênũ áſpidum ſub lábijs eôrum.

Cuſtódi me Dómine de manu peccatóris: * & ab homínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt ſupplantáre greſſus meos, * abſcondérunt

ſupérbi láqueum mihi.
Et funes extendérunt in láqueum: * juxta iter ſcándalum poſuérunt mihi.
Dixi Dómino: Deus meus es tu: * exáudi Dómine vocem deprecatiónis meæ.
Dómine Dómine virtus ſalutis meæ: * obumbrâſti ſuper caput meũ in die belli:
Ne tradas me Dómine à deſidério meo peccatóri: * cogitavérũt contra me: ne derelínguas me, ne fortè exalténtur
Caput circúitus eôrum: * labor labiôrum ipſôrũ opériet eos.
Cadẽt ſuper eos carbónes: in ignem dejícies eos: * in miſérijs nõ ſubſiſtent.
Vir linguóſus non dirigétur in terra: * virum injuſtum mala cápient in intéritu.
Cognóvi quia fáciet Dñs judícium ínopis * & vindíctã páuperũ.
Verúmtamen juſti confitebúntur nómini tuo: * & habitábunt recti cum vultu tuo.
Antiph. Ab hominibus. ſupra
Antiph. Cuſtódi me † à láqueo, quem ſtatuérunt mihi; & à ſcãdalis operántium iniquitâtem.

Pſalmus 140.

DOmine clamâvi ad te, exáudi me: * inténde voci meæ, cùm clamávero ad te.
Dirigâtur orátio mea ſicut incénſum in conſpéctu tuo: * elevátio mánuum meârum ſacrifícium veſpertínum.
Pone Dñe cuſtódiam ori meo: * & óſtiũ circumſtántiæ lábijs meis.
Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excuſándas excuſatiónes in peccátis.
Cum homínibus operántibus iniquitátem, * & non comunicâbo cum eléctis eôrum.
Corrípiet me juſtus in miſericórdia, & increpâbit me: * óleũ autem peccatóris non impínguet caput meum.
Quóniam adhuc & orátio mea in beneplácitis eôrum: * abſórpti ſunt juncti petræ júdices eôrum.
Audient verba mea, quóniam potuérunt: * ſicut craſſitûdo terræ erúpta eſt ſuper terram.
Diſſipâta ſunt oſſa noſtra ſecus inférnum: * quia ad te Dñe Dñe óculi mei: in te ſperâvi, non áuferas ánimam meam.
Cuſtódi me à láqueo, quem ſtatuérunt mihi: * & à ſcándalis operántiũ iniquitâtem.
Cadent in retiáculo ejus peccatóres: * ſingulariter ſum ego, donec tránſeam.
Antiphona. Cuſtodi me. ſupra.
Antiph. Conſiderâbam † ad déxteram, & vidêbam, & non erat, qui cognóſceret me.

Pſalmus 141.

VOce mea ad Dóminum clamâvi: * voce mea ad Dóminum deprecâtus ſum.
Effúndo in conſpéctu ejus ora-

iônẽ meam,* & tribulatiônẽ meam ante ipſum pronúntio.

In deficiéndo ex me ſpíritũ meum,* & tu cognoviſti ſémitas meas.

In via hac, qua ambulâbam,* abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderâbam ad déxterã & vidẽbã:* & non erat, qui cognóſceret me.

Périjt fuga à me,* & non eſt, qui requírat ánimam meam.

Clamâvi ad te Dómine,* dixi: tu es ſpes mea: pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatiônem meam:* quia humiliât9 ſum nimis.

Líbera me à perſequéntibus me:* quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia ánimã meã ad confiténdum nómini tuo:* me expéctant juſti, dones retribuas mihi.

Antiphona Conſiderabam. ſuprà.

Ad Magnificat Aña.

Cœnántibus† autem illis, accépit Jeſus panem & benedíxit ac fregit, dedítque diſcípulis ſuis.

℣. Chriſtus factus eſt. cum reliquis ut ſuprà in Laudibus.

Ad Completoriũ.

Factâ Confeſſione & data Abſolutione, cæteris omiſſis abſolute incipitur à Pſalmo Cum invocarem. &c. poſt quem dicitur

Pſalmus 30.

IN te Dómine ſperâvi; non confúndar in ætérnum:* in juſtítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam,* accélera, ut éruas me.

Eſto mihi in Deũ protectorem, & in domum refúgij:* ut ſalvum me fácias.

Quóniam fortitûdo mea, & refúgium meum es tu:* & propter Nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abſcondérunt mihi:* quóniam tu es protector meus.

In manus tuas comméndo ſpíritum meum:* redemiſti me Dómine Deus veritâtis.

Deinde Pſalm. Qui habitat. & Pſalmus Ecce nunc benedicite. poſt hos dicitur Canticum Simeonis.

NUnc dimíttis ſervum tuum Dómine,* ſecúndùm verbũ tuum in pace.

Quia vidérunt óculi mei* ſalutâre tuum.

Quod parâſti* ante fáciem ómnium populôrum;

Lumen ad revelatiônem géntium,* & glóriam plebis tuæ Iſraël.

℣. Chriſtus factus eſt. cum reliquis ut ſupra ad Laudes. Sic terminantur omnes Horæ uſque ad Veſperam Sabbati ſancti.

FERIA SEXTA IN PARASCEVE.

In Matutino Tenebr: Lectio I.

DE lamentatione Jeremiæ Pro-



phe tæ. Heth. Cogitavit Dominus

diſſipare murum filiæ Sion: teten-
dit funiculum ſuum, & non avertit
manũ ſuã à perditione: luxitq; an-
temurale, & murus pariter diſſipa-
tus eſt. Teth. Defixæ ſunt in ter-
ra portæ ejus: perdidit & contrivit
vectes ejus, regem ejus & principes
ejus in gentibus. non eſt lex & pro-
phetæ ejus non invenerunt viſionẽ
à Do mino. Jod. Sederunt in ter-
ra conticuerunt ſenes filiæ Sion:
conſperſerunt cinere capita ſua
accincti ſunt cilicijs, abjecerunt in
terram capita ſua virgines Jeru-
ſalem. Caph. Defecerunt præ la-
crymis oculi mei, conturbata ſunt
viſcera mea. Effuſum eſt in terra je-
cur meum, ſuper contritione filiæ
populi mei, cum deficeret parvu-
lus & lactens in plateis op pi di.
Jeruſalem Jeruſalem, convertere ad
Dominum Deum tu um.

℟. Omnes amíci mei dereliqué-
runt me, & prævaluérunt inſidi-
ántes mihi: trádidit me, quẽ dili-
gêbam: * Et terribílibus óculis
plaga crudéli percutiéntes, acê-
to potábant me. ℣. Inter iníquos
projecérunt me, & non pepercê-
runt ánimæ meæ. Et terribílibus.

Lectio II.

LA med. Matribus ſuis dixerũt:
ubi eſt triticum & vinum? cum de-
ficerent quaſi vulnerati in plateis
civitatis, & exhalarent animas ſuas
in ſinu matrũ ſua rum. Mem. Cui
comparabo te, vel cui aſſimilabo te

filia Jeruſalem? cui exæquabo te
& conſolabor te virgo filia Sion? mag
na eſt enim velut mare contritio tua
quis medebitur tu i. Nun. Prophe-
tæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta:
nec aperiebant iniquitatem tuam, ut
te ad pœnitentiam provocarent. Vi-
derunt autem tibi aſſumptiones
falſas & ejectio nes. Samech.
Plauſerunt ſuper te manibus omnes
tranſeuntes per viam, ſibilaverũt
& moverunt capita ſua ſuper filiã
Jeruſalem: Hæccine eſt urbs, dicẽ-
tes, perfecti decoris, gaudium u-
niverſæ ter ræ. Jeruſalẽ Jeruſalẽ,
convertere ad Dñum Deũ tuum.

℟. Velum templi ſciſſum eſt: * Et omnis terra trémuit: Latro de Cruce clamábat dicens: Meménto mei Dómine, dum véneris in regnum tuum. ℣. Petræ ſciſſæ ſunt, & monuménta apérta ſunt & multa córpora Sanctorũ, qui dormíerant, ſurrexérunt. Et omnis terra.

Lectio III.

ALeph. Ego vir videns pauper-
tatem meam, in virga indignationis
e jus. Aleph. Me minavit & addu-
xit in tenebras, & non in lu cem. A-
leph. Tantũ in me vertit, & convertit
manũ ſuam tota di e. Beth. Vetu-
ſtam fecit pellem meam & carnẽ meã.
contrivit oſſa me a. Beth. Ædifi-
cavit in gyro meo, & circumdedit me
felle & labo re. Beth. In tenebro-
ſis collocavit me, quaſi mortuos ſem-
piter nos. Ghimel. Circumædifica-

vit adverſū me, ut non egrediar: ag-
gravavit compedem me um. Ghimel.
Sed & cum clamavero & rogavero, ex-
cluſit orationem me am. Ghimel.
Concluſit vias meas lapidibus quad-
ris, ſemitas meas ſubvertit. Jeruſa-
lem Jeruſalem convertere ad Do-
minum Deum tu um.

℟. Vínea mea elécta, ego te plantâvi: * Quómodo convérſa es in amaritúdinem, ut me crucifígeres & Barabbam dimítteres? ℣. Sepívi te & lápides elégi ex te, & ædificâvi turrim. Quomodo. ℟. Vinea.

Ad Laudes Antiph.

PRoprio Filio ſu o
non pepercit Deus; ſed pro no-
bis omnibꝰ tradidit illū. 7.

Pſalmus. Miſerere mei Deus, * ſecundū magnam miſericordiam tuam.

Anxiatus eſt ſuper me, ſpiri-
tus meus, in me turbatum eſt
cor meum. 4. Pſalm. 142.

DOmine exaudi orationem meā: aúribus pércipe obſecratiónem meam in veritâte tua: * exáudi me in tua juſtítia.

Et non intres in judícium cū ſervo tuo: * quia non juſtificábitur in conſpéctu tuo omnis vivens.

Quia perſecûtus eſt inimîcus ánimam meam: * humiliâvit in terra vitam meam.

Collocâvit me in obſcúris ſicut mórtuos ſæculi, * & anxiâtꝰ eſt ſuper me ſpíritus meꝰ: in me turbâtum eſt cor meum.

Memor fui diêrum antiquôrum: meditâtus ſum in ómnibus opéribus tuis: * in factis mánuum tuârum meditâbar.

Expándi manus meas ad te: * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi:

Velóciter exáudi me Dómine: * defécit ſpíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me * & ſímilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audîtam fac mihi mane miſericórdiā tuam: * quia in te ſperâvi.

Notā fac mihi viā, in qua ámbulem: * quia ad te levâvi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis Dómine, ad te confúgi: * doce me fá-

cere voluntâtem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedûcet me in terram rectam: * propter nomen tuum Dómine vivificâbis me in æquitâte tua.

Edúces de tribulatiône ánimam meam: * & in miſericórdia tua diſpérdes inimícos meos.

Et perdes omnes, qui tríbulant ánimam meam: * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Antiphona. Anxiatus eſt. ſuprà.

Pſalmi. Deus Deus meus * ad te de luce vigilo. & Deus miſereatur noſtri. &c.



Canticum Habacuc.

Domine audîvi auditiônē tuam, * & tímui.

Dómine opus tuum * in médio annôrum vivífica illud.

In médio annôrū notū fácies; * cùm irâtus fúeris, miſericórdiæ recordáberis.

Deus ab Auſtro véniet, * & Sanctus de monte Pharan.

Opéruit cælos glória ejus: * & laudis ejus plena eſt terra.

Splendor ejus ut lux erit: * córnua in mánibus ejus:

Ibi abſcóndita eſt fortitûdo ejus: * ante faciem ejus ibit mors.

Et egrediêtur diábolus ante pedes ejus. * ſtetit & menſus eſt terrā.

Aſpéxit & diſſólvit Gentes: * & contríti ſunt montes ſæculi.

Incurvâti ſunt colles mundi, * ab itinéribus æternitâtis ejus.

Pro iniquitâte vidi tentória Æthiópiæ: * turbabuntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irâtus es Dómine? * aut in flumínibus furor tuus: vel in mari indignátio tua?

Qui aſcéndes ſuper equos tuos: * & quadrígæ tuæ ſalvátio.

Súſcitans ſuſcitâbis arcum tuum, * juraménta tríbubus, quæ locûtus es.

Flúvios ſcindes terræ: vidérunt te & doluérunt montes: * gurges aquârum tránſijt.

Dedit abyſſus vocem ſuam: * altitûdo manus ſuas levâvit.

Sol & luna ſtetérunt in habitáculo ſuo, * in luce ſagittārū tuárum: ibunt in ſplendôre fulgurántis haſtæ tuæ.

In frémitu conculcâbis terrā *

& in furôre obſtupefácies gentes.

Egréſſus es in ſalûtem pópuli tui,* in ſalûtem cũ Chriſto tuo.

Percuſſiſti caput de domo ímpij:* denudâſti fundaméntum ejus uſque ad collum.

Maledixíſti ſceptris ejus: cápiti bellatôrũ ejus:* veniéntibus ùt turbo ad diſpergéndum me.

Exultátio eôrum,* ſicut ejus qui dévorat páuperẽ in abſcõdito.

Viam feciſti in mari equis tuis,* in luto aquârum multârũ.

Audívi & conturbâtus eſt venter meus:* à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediâtur putrêdo in óſſibus meis,* & ſubter me ſcáteat.

Ut requiéſcam in die tribulatiônis:* ut aſcéndam ad pópulum accinctum noſtrum.

Ficus enim non florêbit:* & non erit germen in víneis.

Mentiêtur opus olívæ:* & arva non áfferent cibum.

Abſcindétur de ovíli pecus:* & non erit arméntũ in præſépibꝰ.

Ego autem in Dño gaudêbo:* & exultâbo in Deo Jeſu meo.

Deus Dñꝰ fortitúdo mea:* & ponet pedes meos quaſi cervôrũ.

Et ſuper excélſa mea dedúcet me victor* in pſalmis canéntem.

Antiphona. Cum conturbata. ſupra.

Memento mei Domine dum

veneris in regnũ tuum. ꝏ.

Pſalmi, Laudate Dominum de cælis. &c.

℣. Collocâvit me in obſcúris

℟. Sicut mórtuos ſæculi.

Ad Benedictus Aña.



Poſue runt ſuper caput ejus

- cauſam ipſius ſcriptam;



Jeſus Nazarenus Rex Judæ

orum. Cant.

Benedictus Dominus Deus Iſrael:* quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obédiens uſque ad mortem.

℟. Mortem autem Crucis.

Pater noſter. ſecretò totũ. Pſ. Miſerere mei Deus. &c. Oratio. Reſpice quæſumus. cũ reliquis ut ſupra in Cœna Domini.

Ad Horas, omnia ſicut ibi.

Poſt Nonam.

Peracta Concione Sacerdos & Miniſtri induti paramentis nigri coloris ſine luminaribꝰ & incenſo procedunt ad Altare: & ante illud proſtrari aliquamdiu orant. Interim Acolythi unam tantùm tobaleam extendunt ſuper Altare. tũ Sacerdos cum miniſtris Altare aſcendit & oſculatur. dein Lector in loco Epiſtolæ legit Prophetiam, quã & Sacerdos ſubmiſſa voce legit in Cornu Epiſt. poſt quam cantatur ſequens Tractus.



Domine audivi auditũ



tuum & ti mui, conſideravi o-

pera tu a, & expa vi.

℣. In medio duorum animalium in-
noteſ ce ris, dum appropinquave-
rint anni cognoſce ris, dum adve-
nerit tem pus o ſten de ris.

Tum Sacerdos in cornu Epiſtolæ cantat:

Oremus. Diacon9. Flectamus genua.

Subdiaconus. Levate.

In hoc tono ſemper cantatur, quandocunque pronuntiari debet dictũ Oremus.

Sacerdos dicit Orationem in tono feriali; poſtea Subdiaconus in loco ſuo legit Lectionẽ, quam ſequitur Tractus.

Eripe me Domine ab ho-
mine malo à viro ini quo
li be ra me. ℣. Qui cogitaverũt
malitias in cor de, tota di e
conſtituebant præ lia.

Dein ſuper nudum pulpitum cantatur

Paſſio D. N. J. C.

E. PASSIO Domini noſtri Jeſu
Chriſti ſecundùm Joannem. In il-
lo tempore: Egreſſus eſt Jeſus cũ
diſcipulis ſuis trans torrentẽ Cedron,
ubi erat hortus, in quem introivit ipſe
& diſcipuli ejus. Sciebat autem &
Judas, qui tradebat eum, locum: quia
frequenter Jeſus convenerat illuc cũ
diſcipulis ſuis. Judas ergo, cũ acce-
piſſet cohortem, & à pontificibus
& phariſæis miniſtros: venit illuc
cum laternis & facibus & armis.
Jeſus itaque ſciens omnia, quæ
ventura erant ſuper eum, pro-
ceſſit et dixit eis. ✠. Quem quæ-
ritis? E. Reſponderunt ei. P. * Je-
ſum Nazare num. E. Dixit eis Je-
ſus. ✠ E go ſum. E. Stabat au-
tem & Judas, qui tradebat eum cum

ipſis. Ut ergo dixit eis, ego ſum: a-
bierunt retrorſum & ceciderunt in
terram. Iterũ ergo eos interroga-
vit. ✠ Quem quæ ritis? E. Illi au-
tem dixerunt. P. ✱ Jeſum Nazare-
num. E. Reſpondit Jeſus. ✠ Di-
xi vobis, quia e go ſum. Si er-
go me quæritis, ſinite hos abi-
re. E. Ut impleretur ſermo, quẽ
dixit: quia Quos dediſti mihi, non
perdidi ex eis quemquam. Simon
ergo Petrus habens gladium, edu-
xit eum, & percuſſit pontificis
ſervũ, & abſcidit auriculam ejus
dexteram. Erat autem nomen ſer-
vo Malchus. Dixit ergo Jeſus Pe-
tro. ✠ Mitte gladium tuum in va-
ginam. Calicem, quem dedit mihi Pater,
non vis ut bibam illum? E. Cohors er-
go & tribunus & miniſtri Judæorum
comprehenderunt Jeſum & ligave-
runt eum, & adduxerunt eum ad An-
nam primum. erat autem ſocer Cai-
phæ, qui erat Pontifex anni illius. E-
rat autem Caiphas, qui conſilium
dederat Judæis: quia expedit unum
hominem mori pro populo. Sequeba-
tur autem Jeſum Simon Petrus, & a-
lius diſcipulus. Diſcipulus autẽ ille
erat notus pontifici, & introivit cũ
Jeſu in atrium pontificis. Petrus
autem ſtabat ad oſtium foris. Exi-


vit ergo diſcipulus ille, qui erat notus
ponifici: & dixit oſtiariæ, & introdu-
xit Petrū. Dixit ergo Petro ancilla o-
ſtia ria. P. Numquid & tu ex
diſcipulis es hominis iſtius? E. Di-
cit il le. P. Non ſum. E. Stabant
autem ſervi & miniſtri ad prunas,
quia frigus erat, & calefaciebant ſe.
Erat autem cum eis & Petrus ſtans
& calefaciens ſe. Pontifex ergo in-
terrogavit Jeſum de diſcipulis ſuis &
de doctrina ejus. Reſpondit ei Je-
ſus. ✠. E go palam locutus ſum
mundo. ego ſemper docui in Synago-
ga, & in templo quo omnes Judæi cō-
veniunt, & in occulto locutus ſum
nihil. Quid me interrogas? interro-
ga eos, qui audierunt, quid locutus
ſum ipſis. ecce hi ſciunt quid di xe-
rim e go. E. Hæc autem cū
dixiſſet, unus aſſiſtens miniſtrorū
dedit alapam Jeſu di cens. P. Sic
reſpondes pontifici? E. Reſpondit ei
Jeſus. ✠. Si malè locutus ſum, teſti-
monium perhibe de malo: ſi autē be-
ne, quid me cædis? E. Et miſit eum
Annas ligatum ad Caipham Ponti-
ficē. Erat autem Simon Petrus ſtans
& calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei.
P. * Numquid & tu ex diſcipulis ejus *
es? E. Negavit ille & di xit. P.
Non ſum. E. Dicit ei unus ex ſervis


pontificis cognatus ejus, cujus abſci-
dit Petrus auriculam. P. Non-
ne ego te vidi in horto cũ illo? E. I-
terum ergo negavit Petrus; & ſtatĩ
gallus cantavit. Adducunt ergo Je-
ſum à Caipha in prætorium. Erat au-
tem mane: & ipſi non introierunt in
prætorium, ut non contaminaren-
tur, ſed ut manducarent paſcha.
Exivit ergo Pilatus ad eos foras &
di xit. P. Quam accuſationem
affertis adverſus hominem hunc?
* E. Reſponderunt & dixerunt ei. P. *
Si non eſſet hic malefactor, non tradi-
diſſemus e um. E. Dixit ergo e-
is Pila tus. P. Accipite eum vos,
& ſecundùm legem veſtram judicate
e um. E. Dixerunt ergo Judæi.
P. * Nobis non licet interficere quem- *
quam. E. Ut ſermo Jeſu impleretur quem
dixit, ſignificans, qua morte eſſet mori-
turus. Introivit ergò iterum Pilatus in
prætoriũ & vocavit Jeſum & dixit e-
i. P. Tu es Rex Judæorum? E.
Reſpondit Jeſus. ✠ A temetipſo hoc
dicis, an alij tibi dixerunt de me? E.
Reſpondit Pila tus. P. Numquid e-
go Judæus ſum? Gens tua & Pontifi-
ces tradiderunt te mihi. Quid feciſti?
E. Reſpondit Jeſus. ✠ Reg nũ meũ nõ
eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſ-
ſet regnũ meum, miniſtri mei utique


decertarent, ut non traderer Judæis.
nunc autem regnum meum non eſt
- hinc. E. Dixit itaque ei Pila-
tus. P. Ergo rex es tu? E. Reſpondit
Jeſus. ✠. Tu dicis quia rex ſum ego.
Ego in hoc natus ſum & ad hoc veni,
in mundum, ut teſtimonium perhibe-
am veritati. Omnis qui eſt ex verita-
te, audit vocem me am. E. Dicit e-
i Pi la tus. P. Quid eſt veritas?
E. Et cum hoc dixiſſet iterũ exivit ad
Judæos, & dicit e is. P. Ego nul-
lam invenio in eo cauſam. Eſt autẽ
conſuetudo vobis, ut unũ dimittam
vobis in Paſcha. Vultis ergo dimittam
vobis Regem Judæorum? E. Clamave-
runt rurſum omnes dicentes. P. * Nõ *
hunc ſed Barabbam. E. Erat autem
Barabbas latro. Tunc ergo apprehen-
dit Pilatus Jeſum & flagellavit. Et
milites plectentes coronam de ſpinis
impoſuerunt capiti ejus, & veſte pur-
purea circũdederunt eum. Et veni-
ebant ad eum & dicebant. P. * Ave *
Rex Judæo rum. E. Et dabãt
ei alapas. Exivit iterum Pilatus
foras & dicit e is. P. Ecce addu-
co vobis eum foras, ut cognoſcatis,
quia in eo nullam cauſam inve-
- nio. E. Exivit ergo Jeſus portans
ſpineam coronam & purpureũ veſti-
mentum. Et dicit e is. P. Ecce


ho mo. E. Cum ergo vidiſſent
eum Pontifices & miniſtri, clamabāt
* dicentes. B* Crucifige, Crucifige
e um. E. Dicit eis Pila tus.
P. Accipite eum vos, & crucifigite. e-
go enim non invenio in eo cau-
ſam. E. Reſponderunt ei Judæi. P*
* Nos legem habemus, & ſecundùm
legem debet mori; quia filiū Dei
ſe fe cit. E. Cum ergo audiſſet
Pilatus hunc ſermonem, magis timu-
it. Et ingreſſus eſt prætoriū iterum
& dicit ad Jeſum. P. Unde es tu? E.
Jeſus autem reſponſum non dedit e i.
Dicit ergo ei Pila tus. P. Mihi nō
loqueris? neſcis, quia poteſtatem habe-
o crucifigere te, & poteſtatem habeo di-
mittere te? E. Reſpondit Jeſus. ✠ Non
haberes poteſtatem adverſum me ul-
lam, niſi tibi datum eſſet deſuper. Prop-
terea, qui me tradidit tibi majus pec-
catum ha bet. E. Et exinde quære-
bat Pilatus dimittere eum. Judæi autē
clamabant dicentes: P* Si hunc dimit- *
tis, non es amicus Cæſaris. Omnis enī
qui ſe regem facit, contradicit Cæ-
ſari. E. Pilatus autē, cū audiſſet hos
ſermones, adduxit foras Jeſum: & ſe-
dit pro tribunali, in loco, qui dicitur
Lithoſtrotos, hebraicè autē Gabbatha.
Erat autem Paraſceve Paſchæ hora
ſexta. Et dicit Judæ is. P. Ecce,


Rex ve ſter. E. Illi autem clamabãt:
P. * Tolle tolle, crucifige e um. E.
Dicit eis Pila tus. P. Regẽ veſtrũ
crucifigam? E. Reſponderunt ponti-
fices. P. * Non habemus regem niſi Cæ-
ſarem. E. Tunc ergo tradidit eis
illum ut crucifigeretur. Suſceperunt
autem Jeſum & eduxerunt. Et baju-
lans ſibi Crucem exivit in eum, qui di-
citur Calvariæ locum, hebraice autẽ
Golgatha: ubi crucifixerunt eũ, & cũ
eo alios duos hinc & hinc, mediũ au-
tem Jeſum. Scripſit autem & titulũ
Pilatus: & poſuit ſuper Crucem. Erat
autem ſcriptum: Jeſus Nazarenus
Rex Judæorum. Hunc ergo titulum
multi Judæorum legerunt: quia pro-
pe civitatem erat locus, ubi crucifixus
eſt Jeſus. Et erat ſcriptum Hebraicè,
Græcè & Latine. Dicebant ergo Pila-
to Pontifices Judæorum. P. * Noli
ſcribere: Rex Judæorum: ſed, quia
ipſe dixit: Rex ſum Judæo rum.
E. Reſpondit Pila tus. P. Quod ſcrip-
ſi ſcripſi. E. Milites ergo cùm
crucifixiſſent eum, acceperunt ve-
ſtimenta ejus [& fecerunt quatuor
partes, unicuique militi partem] &
tunicam. Erat autem tunica incon-
ſutilis, deſuper contexta, per totum.
Dixerunt ergo ad invicem. P. * Nõ ſcin-
damus eam, ſed ſortiamur de illa, cu-


- jus ſit. E. Ut ſcriptura impleretur
dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea,
ſibi: & in veſtem meam miſerunt ſortẽ.
Et milites quidem hæc fecerunt. Sta-
bant autem juxta Crucem Jeſu Mater
ejus, & ſoror Matris ejus, Maria Cleo-
phæ & Maria Magdalene. Cum vidiſ-
ſet ergo Jeſus Matrem & Diſcipulum
ſtantem, quem diligebat, dicit Matri
ſuæ. ✠. Mu lier, ecce fi lius tu-
- us. E. Deinde dicit Diſcipulo. ✠.
Ec ce Mater tu a. E. Et ex il-
la hora accepit eam diſcipulus in ſu-
a. Poſtea ſciens Jeſus, quia jam omnia
conſūmata ſunt, ut conſūmaretur ſcrip-
tura, dicit: ✠. Si ti o. E.
Vas ergo poſitum erat aceto plenum. Il-
li autem ſpongiam plenam aceto hyſ-
ſopo circumponentes, obtulerunt o-
ri ejus. Cùm ergo accepiſſet Jeſus
acetum dixit ✠. Conſumma-
tum eſt. E. Et inclinato capite tra-
didit ſpiritum. [Hìc genuflectitur & pauſatur aliquantulum.] E. Judæi
ergo, quoniam paraſceve erat, ut nõ
remanerent in cruce corpora ſabbato,
[erat enim magnus dies ille Sabbati]
rogaverunt Pilatũ, ut frangerentur eo-
rum crura & tollerentur. Venerũt ergo
milites, & primi quidẽ fregerunt crura
& alterius, qui crucifixus eſt cum eo.
Ad Jeſum autẽ cũ veniſſent, ut vide-
runt eum jam mortuum non fregerũt

Cætera leguntur in tono Evangelij ſed ſine lumi-
nib9 & incẽſo, neque petitur benedictio neque oſcu-
latur S. textus.

De eadem Paſſione
Vox Populi à 4. Vocibus ord.

-dæo rum. Crucifige crucifige eũ
-dæo rum Crucifige crucifige eũ
dæo rum Crucifige crucifige eũ
-dæo rum. Crucifige crucifige eũ
es amicus Cæ ſa ris omnis enim qui
es amicus Cæ ſa ris omnis enim qui
es amicus Cæ ſa ris omnis enim qui
omnis enim, qui
Nos legem habemus & ſecundũ legẽ
Nos legem habemus & ſecundũ legẽ
Nos legem habemus & ſecundũ legẽ
Nos legem habemus, & ſecundũ legẽ
ſe regem facit, contradicit Cæ -
ſe regem facit, contradicit Cæ -
ſe regem facit, contradicit Cæ -
ſe regem facit contradicit Cæ -
debet mori quia filium Dei ſe fe-
debet mori quia filium Dei ſe fe-
debet mori quia filium Dei ſe fe -
debet mori quia filium Dei ſe -
ſa ri. Tolle tolle, crucifige e um
ſa ri. Tolle tolle, crucifige e um
ſa ri. Tolle tolle, crucifige e um
ſa ri. Tolle tolle, crucifige e um.
- cit. Si hunc dimittis, non
- cit. Si hunc dimittis, non
- cit. Si hunc dimittis, non
-fe - cit. Si hunc dimittis,
Non habemus Regem niſi Cæſarem
Non habemus regem niſi Cæſarẽ.
Non habemus regem niſi Cæſarẽ.
Non habemus regem niſi Cæſarem.

Completo toto Paſſionis Textu Sacerdos in Cornu Epiſtolæ ſtans junctis manib9 cantat Orationes ut in Miſſali. I. Pro Eccleſia Dei. II. pro Papa. III. pro univerſis Ordinibus & Populo S. Eccleſiæ. IV. pro Imperatore. &c. V. pro Catechumenis. VI. pro cõmunib9 neceſſitatibus fidelium. VII. pro hæreticis & ſchiſmaticis. VIII. pro Judæis. IX. pro Paganis.

Quibus dictis Sacerdos depoſitâ Caſulâ in poſteriori parte anguli epiſtolaris Altaris accipit à Diacono Crucē, quam à ſumitate parum diſcooperit, incipiens ſolus Antiphonam.

brachium Crucis, elevanſque eā pauliſper altiori voce iterum cantat Ecce lignum Crucis. ſic tertio fit in medio. Dein adoratur Crux & cantatur à Choro ſequentia Improperia.

in quo contriſtavi te? reſponde mi-

hi. ℣. Quia eduxi te de terra Æ-

gypti: paraſti crucē Salvatori

tuo. Agios ô Theos, Sanctus



Deus. Agios íſchyros, Sanctus

fortis. Agios athánatos, eleiſō



imas. Sanctus im̃ortalis miſerere

nobis. ℣. Quia eduxi te per deſertū

quadraginta annis: & manna ciba-
vi te, & introduxi te in terram ſatis
bo nam: paraſti crucem Salvato-
ri tuo. Repet: Agios. uſq; ad ℣. ℣. Quid ultra de-
bui facere tibi & non fe - ci? Ego
quidem plantavi te vineam meam
ſpecioſiſſimam, & tu facta es mihi
nimis ama ra: aceto namq; ſi-



tim meā potaſti : & lancea perfo-

raſti latus Salvatori tu o. Agios.

Verſus ſequentes cantantur omnes modo ſequenti & poſt quemlibet cantatur Populemeus. uſq; ad ℣.

℣. Ego propter te flagellavi Ægyptū cum primogenitis ſuis: * Et tu me flagellatum tradidiſti. Populemeus.

℣. Ego eduxi te de Ægypto demerſo Pharaone in mare rubrum: * & tu me tradidiſti principibus ſacerdotum. Pop:

℣. Ego ante te aperui mare: * & tu aperuiſti lancea latus meū. Popule.

℣. Ego ante te præivi in columna nubis: * & tu me duxiſti ad prætorium Pilati. Populemeus.

℣. Ego te pavi manna per deſertū: * Et tu me cæcidiſti alapis & flagellis. Pop:

℣. Ego te potavi aqua ſalūtis de petra: * & tu me potâſti felle & aceto. Pop:

℣. Ego propter te Chananæorum reges percuſſi: * & tu percuſſiſti arundine caput meum. Populemeus.

℣. Ego dedi tibi ſceptrū regale: * & tu dediſti capiti meo ſpineā coronam. Pop:

℣. Ego exaltavi te magna virtute: * & tu me ſuſpendiſti in patibulo crucis. Populemeus. & ab initio.

Finita adoratione Diaconus Crucem reverenter accipit & reportat ad Altare, accenduntur lumina & ordinatur Proceſſio ad locum ubi pridie SS. Sacramentū reconditū erat. Sacerdos illud adorat, incenſat & ſic eodem ordine quo venit cum SS. Sacramento ad Altare regreditur, Choro cantante Hymnum Vexilla Regis prodeunt. ſuprà folio 164.

Tum ibi SS. Sacramento iterū incenſato & extra Calicem per patenam ſuper corporale poſito, infuſiſq; vino & aqua in calicem, incenſantur oblata & Altare more ſolito. & ipſe Sacerdos lotis manibus, dicto Orate fratres. cantatóq; Pater noſter, cū adjecta Oratione Libera. facta reverentia uſque ad terram, ſupponit patenam Sacramento, quod in dextera accipiens elevat, ut videri poſſit à populo. & ſtatim dividit in tres partes ut aliàs, dictaq; Oratione Perceptio Corporis tui. &c. ſumit reverenter S. Hoſtiam, tum etiam Particulam illā cum vino ex Calice. Dein aliam S. Hoſtiam ponit in Oſtenſoriū, vel Calicē prius purificatum, & incenſato hoc Sacramento ordinatur Proceſſio ad S. Sepulchrum. ſub qua cantatur ſequens ℟.

locus e jus & in ſion habitati-
oe jus. *Et erit. &c.* In reditu ad Chorum cantatur ſeq: ℟.

SEpulto Domino ſignatum eſt monumentum volventes la pidem ad o ſtium monumenti. Ponen tes mi lites, qui cuſtodirent illud.

℣. Ne for tè veniant diſcipuli ejus & furentur e um, & dicant ple-bi: ſurre xit à mor tu is. *Ponentes, &c.*

Poſtea dicuntur Veſperæ, quæ ſicut & Completorium fiunt ut heri, excepto, quod ſit

Ad Magnificat Aña.

Cùm accepiſſet acêtum, dixit: Conſumatum eſt. & inclinâto câpite emîſit Spíritum.

Planctus B. M. V.

Qui per Quadrageſimam & hodie ad S. Sepulchrum cantari conſuevit.



STAbat Mater doloroſa



juxta Crucem lacrymoſa,



Dum pendebat Filius.

Cujus animam gementem
Contriſtantem & dolentem
Pertranſivit gladius.

O quàm triſtis & afflicta
Fuit illa benedicta
Mater Unigeniti!

Quæ mærebat & dolebat,
Et tremebat cùm videbat
Nati pœnas inclyti.

Quis eſt homo, qui non fleret,
Chriſti Matrem ſi videret
In tanto ſupplicio?

Quis non poſſet contriſtari
Piam Matrem contemplari
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis ſuæ gentis
Vidit Jeſum in tormentis,
Et flagellis ſubditum.

Vidit ſuum dulcem Natum
Morientem, deſolatum,
Dum emiſit Spiritum.

Eja Mater fons amoris
Me ſentire vim doloris
Fac, ut tecum lugeam.

Fac, ut ardeat cor meum
In amando Chriſtū Deum

Ut ſibi complaceam.
Sancta Mater, iſtud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo validè.
Tui Nati vulnerati
Tam dignati pro me pati,
Pœnas mecum divide.
Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Juxta Crucem tecum ſtare,
Te libenter ſociare:
In planctu deſidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi jam non ſis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac, ut portem Chriſti mortem
Paſſionis ejus ſortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari
Ob amorem Filij.
Inflammatus & accenſus,
Per te Virgo ſim defenſus
In die judicij.
Fac me Cruce cuſtodiri,
Morte Chriſti præmuniri,
Confoveri gratiâ.
Quando corpus morietur,
Fac ut animæ donetur
Paradiſi gloria. *Amen.*

℣. Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſivit.

℟. Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Oratio

Oremus.

INterveniat pro nobis, quæſumus Domine Jeſu Chriſte, nunc & in hora mortis noſtræ apud tuam cleméntiam Beáta Virgo María Mater tua, cujus ſacratiſſimam ánimam in hora Paſſiônis tuæ dolôris glâdius pertranſivit. Per te Jeſu Chriſte Salvâtor mundi, qui cum Patre & Spíritu S. vivis & regnas in ſæcula ſæculôrũ.

SABBATO SANCTO

In Matutino Tenebrar.

Lectio I.

rius & tacebit, quia levavit ſuper
- ſe. Jod. Ponet in pulvere os ſu-
um, ſi fortè ſit ſpes. Jod. Dabit
percutienti ſe maxillã, ſaturabi-
tur opprobrijs. Jeruſalem Jeruſalem
convertere ad Dñum Deũ tu um.

℟. Sicut ovis ad occiſiônem ductus eſt, & dum malè tractarétur, non apéruit os ſuum: tráditus eſt ad mortem, * ut vivificáret pópulum ſuũ. ℣. Trádidit in mortem ánimam ſuam, & inter ſcelerátos reputatus eſt. *ut vivificaret &c.*

Lectio II.

ALeph. Quomodo obſcuratum
eſt aurum, mutatus eſt color optimꝰ
diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in
capite omniũ platea rum. Beth.
Filij Sion inclyti & amicti auro
primo, quomodo reputati ſunt in
vaſa teſtea, opus manuũ fi guli.
Ghimel. Sed & lamiæ nudaverunt
mam̃am, lactaverunt catulos ſuos:
filia populi mei crudelis, quaſi ſtru-
tio in deſerto. Daleth. Adhæſit
lingua lactentis ad palatum ejus in
ſiti: parvuli petierunt panẽ, & nõ
erat, qui frangeret e is. He.
Qui veſcebantur voluptuoſè interi-
erunt in vijs: qui nutriebantur in
croceis, amplexati ſunt ſtercora.
Va u. Et major effecta eſt ini-
quitas filiæ populi mei peccato
Sodomorũ: quæ ſubverſa eſt in
momento, & non cœperunt in ea

manus. Jeruſalem Jeruſalem, convertere ad Dñum Deũ tuum.

℟. Jerúſalem ſurge & éxue te véſtibus jucunditátis: indúere cínere & cilicio, * Quia in te occíſus eſt Salvátor Iſraël. ℣. Deduc quaſi torréntem lacrymas per diem & noctem, & non taceat pupílla óculi tui. Quia in te.

Lectio III.

INcipit Oratio Jeremiæ Prophetæ. Recordare Domine, quid acciderit nobis: intuere & reſpice opprobrium noſtrum. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtræ ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi viduæ. Aquam noſtrã pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparavimus. Cervicibꝰ noſtris minabamur: laſſis non dabatur requies. Ægypto dedimus manum & Aſſyrijs ut ſaturaremur pane. Patres noſtri peccaverunt & non ſunt: & nos iniquitates eorũ portavimus. Servi dominati ſunt noſtri: non fuit, qui redimeret de manu eorum. In animabus noſtris afferebamus panem nobis; à facie gladij in deſerto. Pellis noſtra quaſi clibanus, exuſta eſt à facie tempeſtatũ famis. Mulieres in Sion humiliaverunt, & virgines in civitatibus Juda. Jeruſalem Jeruſalem, convertere ad Dñum Deum tuum.

℟. Plange quaſi virgo plebs mea ululáte paſtóres in cínere & cilício: * Quia venit dies Dómini magna & amâra valdè. ℣. Accíngite vos ſacerdótes, & plángite miniſtri altâris, aſpérgite vos cínere. Quia venit dies. Plange quaſi.

Ad Laudes Antiph.

O mors, ero mors tua, mor-

ſus tuus e ro inferne. 4.

Pſ. Miſerere mei Deus, * ſecundùm magnã miſericordiam tuam. &c.


Plangent eum quaſi unigeni-

tum, quia innocens Dominꝰ

occi ſus eſt. 4.

Pſalmus 42.

Judica me Deus, & diſcérne cauſam meam de gente non ſancta, * ab hómine iníquo & dolóſo érue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea, * quare me repuliſti? & quare triſtis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam & veritâtem tuam: * ipſa me deduxérunt, & adduxérunt in montem ſanctum tuũ: & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altâre Dei: * ad Deũ, qui lætíficat juventûtẽ meam.

Confitêbor tibi in cíthara Deus Deus meꝰ. * quare triſtis es ánima mea? & quare contúrbas me.

Spera in Deo, quóniam adhuc confitebor illi: * ſalutare vultꝰ mei, & Deus meus.

Aña. Plangent eum. ſuprà.

Attendite univerſi po pu-

li & vide te dolorẽ meũ. 7.

Pſ. Deus Deus meus, * ad te de luce vigilo. & Deus miſereatur noſtri. &c.

A porta inferi e ru e Domi-

ne a nimã meam. 2.

Canticum Ezech.

EGo dixi: In dimídio dierũ meôrũ * vadã ad portas ínferi.

Quæſívi reſíduum annôrum meôrum; * dixi: Non vidébo Dñum Deũ in terra viventium.

Non aſpíciam hominem ultra * & habitatôrem quiêtis.

Generátio mea ablâta eſt & cõvolûta eſt à me, * quaſi tabernáculum paſtôrum.

Præciſa eſt velut à texénte vita mea: dũ adhuc ordírer, ſuccídit me: * de mane uſque ad véſperã finies me.

Sperabam uſque ad mane, * quaſi leo ſic contrîvit ómnia oſſa mea.

De mane uſq; ad véſperam finies me: * ſicut pullus hirúndinis ſic clamâbo: meditâbor ùt colúmba.

Attenuáti ſunt óculi mei,* ſuſpiciéntes in excélſum.

Dómine vim pátior, reſpónde pro me.* quid dicam, aut quid reſpondêbit mihi, cũ ipſe fécerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos* in amaritúdine ánimæ meæ.

Dñe, ſi ſic vivitur, & in tálibꝰ vita ſpiritus mei: corrípies me & vivificâbis me.* Ecce in pace amaritûdo mea amaríſſima.

Tu autem eruíſti ánimam meã ut non perîret.* projecíſti poſt tergũ tuũ ómnia peccáta mea.

Quia non inférnus confitébitur tibi: neque mors laudabit te:* nõ expectábunt, qui deſcéndunt in lacũ, veritâtem tuam.

Vivens vivens ipſe confitébitur tibi, ſicut & ego hódie:* pater filijs notã fáciet veritatẽ tuam.

Dómine ſalvũ me fac,* & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébꝰ vitæ noſtræ in domo Dñi.

Añã. A porta inferi. ſuprà.

O vos omnes, qui tranſitis

per viam, atten dite & vi de te,

ſi eſt do lor, ſicut dolor me



us.

Pſalmi. Laudate Dominũ de cœlis.* laudate eum in excelſis. &c.

℣. Caro mea requieſcet in ſpe.

℟. Et non dabis Sanctum tuum vidêre corruptiônem.

Ad Benedictus Antiph.

Mu li eres, ſedentes ad mo-

numentum lamen ta bantur

flentes Dominum.

Benedictus Dominus Deus Iſrael,* quia viſitavit & fecit redemptionẽ plebis ſuæ.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obédiens uſque ad mortem, mortem autem Crucis. ℟. Propter qđ & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen.

Reliqua omnia ùt in Cœna D.

Ad Horas omnia ùt ibidem uſq; ad Veſperas.

Poſt Nonam.

Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, ſtola & pluviali violaceo præcedentibus Cruce & Clero procedit cũ miniſtris ad benedicendũ novũ ignem & grana quinq; Incenſi. & dicit quatuor Orationes, ac aſpergit aquâ benedictâ & incenſat ignẽ & grana. Poſtea revertentibus omnibus præcedit Thuriferarius cũ Acolyto deferente quinq; grana. ſequitur ſubdiaconus cũ Cruce & Clerus: dein Diaconus cũ arundine triangulari, poſt eũ Celebrans. Cum Diaconus ingreſſus eſt Eccleſiam inclinat arundinẽ, & Acolytus cũ novo igne accendit unã de tribus cereis. Tum genuflectentibus omnibꝰ præter Subdiaconũ Crucem ferentem Diaconus ſolus cantat:

Lumen Chriſti. ℟. Chor. Deo gratias.

Dein proceditur ad medium Eccleſiæ. ibiq; accensâ aliâ candelâ, genuflexus ùt ſupra cantat altiori voce iterum: Lumen Chriſti. &c. ſic tertiò fit ante cum tertia candela. Deinde Diaconus aſſumpto Libro petit à Celebrante ſtante in cornu Epiſtolæ benedictionem. tunc vadit ad pulpitũ & incenſat Librũ. A dextris ejꝰ ſtent Subdiaconus cũ Cruce. & thuriferarius: à ſiniſtris duo Acolythi, ille, qui tenet arundinem

& alius qui in vaſe quinq; grana Incenſi tenet. Tunc ſtantibus omnibus, ut fit ad Evangeliũ Diaconus cantat:

EXultet jam Angelica turba
cœlorum: exultent divina myſte-
ria, & pro tanti Regis victoria, tu-
ba inſonet ſaluta ris. Gaudeat &
tellus tantis irradiata fulgoribꝰ:
& æterni Regis ſplendore illuſtra-
ta, totius orbis ſe ſentiat amiſiſſe
cali ginem. Lætetur & Mater
Eccleſia tanti luminis adorna-
ta fulgoribus, & magnis populo-
rum vocibus hæc aula re ſultet.
Quapropter adſtantes vos, fratres
chariſſimi ad tam miram hujus ſan-
cti luminis claritatem unà me-
cum, quæſo Dei omnipotentis mi-
ſericordiam invocate. Ut qui me
non meis meritis intra Levitarũ
numerum dignatus eſt aggregare,
luminis ſui claritatem infundens,
Cerei hujus laudem implere per-
ficiat. Per Dominum noſtrũ Je-
ſum Chriſtum Filium ſuum: qui
cum eo vivit & regnat in unitate
Spiritus ſancti Deus. Per om-
nia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum
ſpiritu tu o. ℣. Surſum corda. ℟.
Habemus ad Dominum. ℣. Gratias
agamus Domino Deo noſtro. ℟.

Dignum & juſtum eſt.
Verè dignũ & juſtum eſt, inviſibi-
lem Deum Patrem omnipotentem
Filiumq; ejus unigenitum Dominũ
noſtrum Jeſum Chriſtum, toto cor-
dis ac mentis affectu & vocis mini-
ſterio perſona re. Qui pro nobis æ-
terno Patri Adæ debitum ſolvit: &
veteris piaculi cautionem pio cru-
ore deterſit. Hæc ſunt enim Fe-
ſta Paſchalia, in quibus verus ille
Agnus occiditur, cujus ſanguine
poſtes fidelium conſecrantur. Hæc
nox eſt, in qua primùm patres no-
ſtros filios Iſraël eductos de Ægyp-
to, mare rubrũ ſicco veſtigio tranſi-
re feciſti. Hæc igitur nox eſt, quæ
peccatorũ tenebras columnæ illumi-
natione purgavit. Hæc nox eſt, quæ
hodie per univerſum mundum in Chri-
ſto credentes à vitijs ſæculi & caligine
peccatorũ ſegregatos, reddit grati-
æ ſociat ſanctitati. Hæc nox eſt,
in qua deſtructis vinculis mortis
Chriſtus ab inferis victor aſcendit.
Nihil enim nobis naſci profuit, niſi
redimi profuiſſet. O mira circa
nos tuæ pietatis dignatio! O inæ-
ſtimabilis dilectio charitatis: ut
ſervum redimeres, Filium tradidi-

ſti. O certè neceſſarium Adæ peccatũ,
quod Chriſti morte deletum eſt! O fe-
lix culpa, quæ talem ac tantũ meruit ha-
bere redemptorem. O verè beata nox
quæ ſola meruit ſcire tempus & horã
in qua Chriſtus ab inferis reſurrexit.
Hæc nox eſt, de qua ſcriptum eſt: Et
nox ſicut dies illuminabitur: & nox
illuminatio mea in delicijs meis.
Hujus igitur ſanctificatio noctis,
fu gat ſcelera, culpas lavat, & red-
dit innocentiam lapſis, & mœſtis
lætitiam. fu gat odia, concordi-
am parat, & curvat imperia.

Hîc Diaconus infigit quinque grana Incenſi benedicti in Cereo in modum Crucis.

In hujus igitur no-
ctis gratia, ſuſcipe ſancte Pater in-
cenſi hujus ſacrificiũ veſpertinũ:
quod tibi in hac Cerei oblatione
ſolemni per miniſtrorũ manus de
operibus apum ſacroſancta red-
dit Eccleſia. Sed jam columnæ hujꝰ
præconia novimus, quam in hono-
rem Dei rutilans ignis accendit.

Hîc accendit Cereum cum una ex tribus candelis in arundine poſitis.

Qui licèt ſit divi-
ſus in partes, mutuati tamen luminis
detrimenta non novit. alitur enim
liquantibus ceris, quas in ſubſtan-
tiam pretioſæ hujus lampadis apis
mater eduxit.

Hîc accenduntur lampades.

O ve-
rè beata nox, quæ expoliavit Æ-

gyptios ditavit Hebræos. Nox in qua terrenis cœleſtia, humanis divina junguntur. Oramus ergo te Dn̄e, ut Cereus iſte in honorem tui nominis conſecratus, ad noctis hujus caliginem deſtruendam, indeficiens perſeveret. & in odorem ſuavitatis acceptus, ſupernis luminaribus miſcea tur. flam̄as ejus lucifer matutinus inveniat. ille inquā lucifer, qui neſcit occaſum. ille, qui regreſſus ab inferis humano generi ſerenꝰ illuxit. Precamur ergo te Domine: ut nos famulos tuos, omnémq; clerū & devotiſſimū populum; unà cū beatiſſimo Papa noſtro N. & Antiſtite noſtro N. quietê temporū conceſſa, in his paſchalibus gaudijs aſſidua protectione regere, gubernare & conſervare digneris. Reſpice etiam ad devotiſſimū* Imperatorem noſtrū N., cujus tu Deus deſiderij vota prænoſcens ineffabili pietatis & miſericordiæ tuæ munere, tranquillum perpetuæ pacis accommoda: & cæleſtem victoriam cum omni populo ſuo. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum; Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deꝰ per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Completa Benedictione Cerei, leguntur XII. Prophetiæ, & Celebrans indutus manipulo, ſtolâ & Caſula violaceis legit eas ſubmiſſa voce in Cornu Epiſtolæ. Et cantatur

Poſt IV. Prophetiam Tractus.

Cante mus Domino glorio ſè e nim honorifica tus eſt: equū & aſcenſo rem projecit in ma- re: adjutor & protector factꝰ eſt mihi in ſalu tem.

Poſt VIII. Prophetiā Tractꝰ.

Vi nea facta eſt dile cto in cor nu, in lo co u beri.

Poſt XI. Prophetiam Tractus.

Atten de cœlum & lo quar: & audiat terra verba ex o- re me o.

Finita Oratione poſt ultimam Prophetiam Sacerdos iterū induitur Pluviali violaceo, & ordinatur Proceſſio ad Fontem Baptiſmalem benedicendum. interim cantatur ſeq: Tractus.

Sicut cervus deſi derat ad fōtes aqua rum; ita deſiderat ani- ma mea ad te De us. ℣. Sitivit ani- ma me a ad Deum vi vum, quando veniam, & apparebo ante fa- ciem De i. ℣. Fue runt mihi lacry- mæ me æ panes di e ac nocte, dū dicitur mihi per ſingulos di es: u bi eſt De us tu us?

Peracta Benedictione Fontis, revertendo ad Altare cantantur Lytaniæ ſequentes à Choro, & cū Sacerdos cū miniſtris ad Altare venerint, ante illud procumbunt, uſq; dū perventū fuerit ad ℣. Peccatores, te rogamus. quo cantato Sacerdos & miniſtri ſurgunt & accedentes ad ſacriſtiam induuntur paramentis albi coloris pro Miſſa ſolemniter celebranda.

Duo Cantor. Kyrie elei ſon. Chorus. Chriſte ele i ſon. Duo Cant. Kyrie ele iſon. Chri- ſte audi nos. Chor. Chriſte exaudi nos.

Duo Cantores. Pater de cælis Deus.

Chorus. Miſerere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus. miſerere nobis.

Spiritus ſancte Deꝰ. miſerere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus. miſerere nobis.

Sancta Maria, Ora pro nobis.

Sancta Dei Genitrix, Ora pro nobis.

Sancta Virgo virginum. Ora pro nob.
Sancte Michaël. ora.
Sancte Gabriel. ora.
Sancte Raphaël. ora.
Omnes ſancti Angeli & Archangeli. orate pro nobis.
Omnes ſancti beatorum ſpirituũ ordines. orate.
Sancte Joannes Baptiſta, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Joannes, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Evangeliſtæ, orate.
Omnes ſancti Diſcipuli Domini, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Silveſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Omnes ſancti Pontifices & Confeſſores, orate.
Omnes ſancti Doctores, orate.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Omnes ſancti Sacerdotes & Levitæ, orate.
Omnes ſancti Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Anaſtaſia, ora.

Omnes ſanctæ Virgines & Viduæ, Orate pro nobis.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercedite pro nobis.

Propitius eſto, Parce nobis Dñe.
Propitius eſto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Dñe.
Ab omni peccato, libera.
A morte perpetua, libera.
Per myſterium ſanctæ Incarnationis tuæ, libera.
Per Adventum tuum, libera.
Per Nativitatem tuam, libera.
Per Baptiſmum & ſanctum Jejunium tuum. libera.
Per Crucem & paſſionem tuã, lib:
Per Mortem & ſepulturã tuã, lib:
Per ſanctã Reſurrectionẽ tuã, lib:
Per admirabilem Aſcenſionem tuam, libera.
Per adventum Spiritûs ſancti Paracliti, libera.
In die Judicij, libera.

Peccatores, Te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas, te rogamus.
Ut Eccleſiam tuam ſanctam regere, & conſervare digneris, te rogamus.
Ut Domnũ Apoſtolicum & omnes Eccleſiaſticos Ordines in ſancta religione conſervare digneris, te rog:
Ut inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, te rogamus.
Ut regibus & principibus Chriſtianis pacem & veram concordiam donare digneris, te rogamus.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervitio confortare & conſervare digneris, te rogamus.

Ut omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas, te rogamus audi nos.

Ut fructus terræ dare & conſervare digneris, te rogamus.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus audi nos.

Ut nos exaudire digneris, te rogamꝰ.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.

Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſere re nobis.

Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Dein Sacerdos cũ miniſtris induti paramẽtis albis procedit ad Altare: & Chorus incipit ſolenniter ad Miſſam cantando.

Yri e III e lei ſon. repete bis.

Chriſte III e le i ſon. repete bis.

Ky rie II e lei ſon. rep: ſemel.

Kyrie e - - leiſon.

Sequens Hymnus cantatur cum - & interludente Organo, & interim pulſantur Campanæ.

GLoria in excelſis Deo. Et in ter ra pax hominibus bonæ volun-tatis. Laudamus te. Bene dicimꝰ te. Adoramꝰ te. Glorificamꝰ te.

Gra tias agimus tibi propter magnam glo ri am tuam.

Do mine Deus Rex cæleſtis, De us Pater om ni potens.

Domine Fili uni ge nite Je ſu Chriſte

Do mine Deus Agnus Dei Fi li us Patris. Qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Qui tollis peccata mundi: ſuſcipe

Finitâ Epiſtolâ, poſtquam Subdiaconus Abbati, ſi ſit præſens, ſolemniter annuntiavit Alleluja. ipſe Celebrans incipit:



Et totum decantat ter, elevando vocem gradatim: & Chorus poſt quamlibet vicem in eodem repetit illud totum. Poſtea Chorꝰ proſequitur. ℣.



Credo & Offertorium non dicuntur.

Bene dictus qui ve nit in nomine Do mi ni, Oſan na in excelſis.

Agnus Dei non dicitur neque Cõmunio, ſed poſt ſumptionẽ Sacramenti ſtatim pro Veſperis cantatur in Choro Antiphona

ALle luja, alle luja, al- le luja. 6. Pſalm9. 116.

LAudâte Dóminum omnes Gentes:* laudâte eum omnes pópuli.

Quóniam confirmâta eſt ſuper nos miſericórdia ejus:* & véritas Dñi manet in ætérnum.

Gloria Patri. &c. Sicut erat. repetitur Antiphona. Alleluia.

Tunc ſtatim Celebrans incipit ſequentẽ Antiphonam ad Magnificat cantare, & proſequitur eamdem Chorus.

Veſpere autem ſabbati, quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum, alleluja. ϖ.

Canticũ Mariæ. Luc. 1.

MAgnificat * anima mea Dóminum.

Et exultávit ſpíritus meus * in Deo ſalutári meo.

Quia reſpéxit humilitâtem ancillæ ſuæ:* ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generatiões.

Quia fecit mihi magna, qui potens eſt:* & ſanctũ Nomen ejus.

Et miſericórdia ejus á progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio ſuo,* diſpérſit ſupérbos mente cordis ſui.

Depóſuit poténtes de ſede, * & exaltâvit húmiles.

Eſuriéntes implêvit bonis:* & dívites dimíſit inânes.

Suſcêpit Iſraël púerũ ſuũ,* recordâtus miſericórdiæ ſuæ.

Sicut locûtus eſt ad patres noſtros,* Abraham & ſémini ejus in ſæcula.

Glória Patri & Fílio, &c.

repetitur Antiphona. Veſpere autem. Dein dicit Sacerdos. Dominus vobiſcum.

Oremus.

SPíritum nobis, Domine, tuæ charitâtis infúnde:* ut quos Sacraméntis Paſchálib9 ſatiâſti,* tua fácias pietâte cõcórdes. Per Dñum. &c. in unitâte ejúsdem Spíritus.

deinde. Dominus vobiſcum. &c.

Poſtea Diaconus converſus ad populũ cantat:

Ite Miſſa eſt, alleluia, alle luia.

℞. Deo gratias, alleluia, alle luia.

Extra Chorum. dicto Pater noſter, & Ave Maria Veſperæ inchoantur abſolutè ab Antiphona. Alleluia. ut ſuprà cum reliquis. & loco Ite Miſſa eſt. &c. dicitur Benedicamus Domino, alleluia, alleluja. ℞. Deo gratias, alleluja, alleluja. tandem additur Pater noſter. & nihil aliud.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

Ad Completorium. V. Jube Domne. cum reliquis ùt aliàs ex Pſalterio. Poſt V. V. Deus in adjutorium Gloria Patri. Sicut erat. deinceps non ampliùs dicitur: Laus tibi Domine. &c. ſed Alleluia.

Deinde dicuntur Pſalmi ùt ſuprà Feria V. in Cœna D. fol. 236. cū Gloria patri &c. poſt quemlibet. quibus expletis inchoatur tantum Antiph. Veſpere autem ſabbati. ùt ſupra in Veſperis. poſtea Canticum. Nunc dimittis &c. Gloria Patri. &c. repetitur tota Antiph. Veſpere autem.

Deinde abſolutè dicitur V. Dominus vobiſcum. &c. Oratio Viſita quæſumus Domine. &c. & data Benedictione, ultimò cantatur Antiph: B.M.V. Regina cœli lætare, ſtando per totum tempus Paſchale.

IN SS. NOCTE
Reſurrectionis.

Finito Matutino, dum Proceſſio ad S. Sepulchrum, cantatur ſequens Reſponſ.

MAria Magdalene & al-
tera Maria ibant diluculo ad
monumentum. Jeſum quem quæ-
ritis, non eſt hîc, ſurrexit, ſicut
locutus eſt, præcedet vos in Ga-
lilæam: ibi eum videbitis, alle-
luja, al lelu ja. V. Ci to
euntes dicite diſcipulis ejus
& Pe tro: quia ſurre xit
Do minus. Jeſum.

Ad S. Sepulchrū cùm pervenerit Sacerdos, incenſat SS. Sacramentum, & ſumpto eo, in Proceſſione reportat ad Altare, & interim Chorus cantat ſeq: Hymnum uſque ad Stropham: O verè digna Hoſtia. quam Sacerdos intonat, & ſub qua Benedictionem dat cum SS. Sacramento. tum proſequitur Chorus Hymnū uſq; in finem.

Hymnus.

AD cœnam Agni providi,
Et ſtolis albis candidi,
Poſt tranſitum maris rubri
Chriſto canamus Prin cipi.

Cujus Corpus ſanctiſſimum
In ara Crucis torridum
Cruore ejus roſeo
Guſtando vivimus Deo.

Protecti Paſchæ veſpere
A devaſtante Angelo
Erepti de duriſſimo
Pharaônis imperio.

Jam Paſcha noſtrū Chriſtus eſt,
Qui immolatus Agnus eſt,
Sinceritatis azyma
Caro ejus oblata eſt.

O VERE digna Hoſtia,
Per quā fracta ſunt tartara:
Redempta plebs captivata,
Reddita vitæ præmia.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Conſurgit Chriſtus tumulo
Victor redit de barathro
Tyrannum trudens vinculo,
Et paradiſum reſerans.
Quæſumus Auctor omnium
In hoc Paſchali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.

Gloria tibi Domine,
Qui ſurrexiſti à mortuis,
Cum Patre & ſancto Spiritu
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Deinde cantatur Hymnus, Te Deum laudamus. Evangeliũ. &c & Oratio. Poſtea immediatè inchoantur Laudes: poſt quas iterum datur Benedictio cum Ss Sacram: intonante Sacerdote & Choro proſequente: O ſalutaris Hoſtia. & Uni Trinoq; Domino. &c.



DOMINICA RESURRECTIONIS.

DUPLEX I. CLASSIS.

Ad Laudes & Hor. Añæ.

Angelus autem Domini † deſcendit de cælo, & accedens revolvit lapidem, & ſedebat ſuper eum, Alleluja, alleluja. ꝏ.

Et ecce terræ motus † factus eſt magnus: Angelus enim Domini deſcendit de cælo, Alleluja. 7.

Erat autem † aſpectꝰ ejus ſicut fulgur: veſtimenta autẽ ejus ſicut nix, Alleluja, alleluja. ꝏ.

Præ timore † autem ejus exterriti ſunt cuſtodes: & facti ſunt velut mortui, Alleluja. 7.

Reſpondens autem Angelꝰ †

dixit mulieribꝰ: nolite ti-

mere: ſcio enim, quod Jeſū

quæritis, Alleluja. ꝏ.

Capitulum. *1. Cor. 5.*

FRatres, Expurgáte vetus ferméntum, ut ſitis nova conſpérſio ſicut eſtis ázymi: étenim Paſcha noſtrū imolâtus eſt Chriſtus.

℟. Deo grátias. Reſponſ. breve

Surrexit Dóminus de ſe-

pulchro, * Alleluja, alleluja.

℣. Qui pro nobis pependit in

ligno. Gloria Patri. ſequens Hymnus canitur in eo tono, quo Hymnus: Ad cœnā.

Hymnus.

Aurôra lucis rútilat
Cælū láudibꝰ íntonat,
Mundus exúltans júbilat
Gemens infernꝰ úlulat.
Cum Rex ille fortiſſimus
Mortis confráctis víribus
Pede concúlcans tártara
Solvit à pœna míſeros.
Ille, qui clauſus lápide
Cuſtodîtur ſub mílite
Triúmphans pompa nobili
Victor ſurgit de fúnere.
Solûtis jam gemitibus.
Et inférni dolóribus
Quia ſurréxit Dóminꝰ
Reſplendens clamat Angelꝰ.
Quæſumus Auctor ómnium,
In hoc paſchâli gáudio
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.
Glória tibi Dómine,
Qui ſurrexíſti à mórtuis,
Cum Patre & ſancto Spíritu
In ſempiterna ſæcula. Amen.

℣. Hæc dies, quam fecit Dóminus, allelúja. ℟. Exultémꝰ & lætémur in ea, allelúja.

Prædicta ultima ſtropha Hymni dicitur in omnibus Hymnis ejuſdem metri & propriam clauſulam non habentibus, uſque ad Aſcenſionem.

Prædictus Verſus dicitur ad omnes Horas præterquam ad Primam & Complet: uſque ad Veſperas Sabbati ſeq. excluſivè.

Ad Benedictus Aña.

Et valde mane una Sabba-

torum veniunt ad monumen-

tum orto jam ſole, allelu-

ja. Benedictus. ꝏ.

Oratio.

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitâtis nobis áditum devícta morte reſeraſti: * vota noſtra, quæ præveniéndo aſpíras, * étiam adjuvándo proſéquere. Per eúmdem Dóminum.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cū ſpíritu tuo. ℣. Benedicámus Dómino, allelúja, allelúja. ℟. Deo gratias, all, alla.

Sic dicitur Benedicamus in Veſperis & laudibus tantùm uſq; ad Veſperas Sabbati ſequ. excluſivè.

℣. ℟. ℟. brev. uſque ad Sabbatum poſt Pentecoſten dicuntur cum duplici Allelúja. ℣℣. cū uno tantùm: quod tamen etiam omittitur in ℣. Pretioſa. & ℣℣. ad Preces in Prima, & Completorio.

Ad Tertiam.

Antiphona. Et ecce terræmôtus.
Capitulum. Fratres, expurgâte. ſuprà.
℣. Hæc dies, quam fecit. &c.

Ad Sextam.

Antiphon. Erat autem.
Capitulum. 1. Cor. 5.

Itaque epulêmur non in fermento véteri, neque in fermento malítiæ & nequítiæ: ſed in azymis ſinceritâtis & veritâtis.
℣. Hæc dies, quam. &c.

Ad Nonam.

Antiphona.
Capitulum. Coloſs. 3.

Si conſurrexíſtis cū Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtꝰ eſt in déxtera Dei ſedens: quæ ſurſū ſūt ſápite, non quæ ſuper terram.
℣. Hæc dies, quam.

In Veſperis.

Antiph: Angelus autem Domini. cū reliq. ex Laud. Pſalmi de Dominica.
Capitulum. Fratres, Expurgate. &c. ſuprà.

Reſponſorium breve.

Hymnus.

Cujus Corpus ſanctiſſimū
In ara Crucis torridum,
Cruôre ejus roſeo,
Guſtándo vivimus Deo.

Protécti Paſchæ véſpere
A devaſtánte Angelo
Erépti de duriſſimo
Pharaônis império.

Jam Paſcha noſtrū Chriſtꝰ eſt,
Qui imolâtꝰ Agnus eſt
Sinceritâtis ázyma
Caro ejus oblâta eſt.

O verè digna Hóſtia
Per quam fracta ſunt tártara
Redémpta plebs captivâta

Réddita vitæ præmia.

Conſúrgit Chriſtus túmulo
Victor redit de bárathro
Tyránnũ trudens vínculo,
Et paradíſum réſerans.

Quæſumus Auctor ómnium,
In hoc Paſcháli gáudio
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

Glória tibi Dómine,
Qui ſurrexiſti à mórtuis
Cũ Patre & ſancto Spíritu
In ſempitérna ſæcula. Amen.

℣. Hæc dies, quam &c.

Ad Magnificat Antiph.

Oratio. Deus, qui hodierna die. &c. ſuprà.

§. Sequens Cantus cantatur (niſi alia ſuo loco poſita ℟℟. magis placeant) in Paſchate, Aſcenſione & Pentecoſte.

Ad Proceſſionem.

Cantores incipiunt 2. verſus.



In Paſch. Infernũ vicit & aſtra tenet.
In Aſcenſ. Aſcendit victor & aſtra tenet.
In Pentec. Aſcendit Pneumatis igne ſuos.

Chorus repetit.

Oceanus exit & intrat aquas. ch. Salve.

Ecce renaſcentis teſtatur gratia mundi, Omnia cum Domino dona rediſſe ſuo. ch. Qua Deus.

Jamq; triumphanti poſt triſtia tartara Chriſto: Undiq; fronde nemus gramina flore favent. ch. Salve.

Legibus inferni oppreſſis ſuper aſtra meantem Laudent rite Deum lux polus arva fretum. ch. Qua Deus.

Qui crucifixus erat Deus ecce per omnia regnat: Dantq; Creatori cuncta creata preces. ch. Salve.

Ad Miſſam.

Introitus.

Reſurre xi & adhuc tecum ſum, allelu ja: poſuiſti ſuper me manum tu am, alle lu ja: mira bilis facta eſt ſcientia tua, alleluja, alle lu ja.

Pſalmus.

Domine probaſti me & cognoviſti me: tu cognoviſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. IV.

Sequentia.

Victimæ Paſchali laudes immolent Chriſtiani.

Agnus redemit oves: Chriſtus innocẽs

Offertorium.



Communio.

epulemur in azymis ſince-

ritatis & veritatis, alleluja

alleluja, alleluja.

FERIA SECUNDA
Paſchæ.

Omnia ſicut in Die Dominica præter ſequentia.

Ad Benedictus Aña.

Jeſus junxit ſe† diſcipulis ſuis in via, & ibat cum illis: óculi autem eórum tenebántur, ne eum agnóſcerent: & increpávit eós dicens: O ſtulti & tardi corde ad credéndum in his, quæ locúti ſunt Prophetæ, alleluja.

Oratio.

Deus, qui ſolemnitáte paſcháli mundo remédia contuliſti: * pópulum tuum, quæſumus, cæleſti dono proſéquere; * ut & perféctam libertátem cónſequi mereátur, & ad vitam profíciat ſempitérnam. Per Dñm.

Ad Magnificat Aña.

Qui ſunt hi ſermones† quos

confertis ad invicem ambulãtes

& eſtis triſtes, alleluja. ꝏ.

Ad Miſſam Introitus.

INtroduxit vos Dominus

in terram fluentem lac & mel,

alleluja: & ut lex Domini

ſemper ſit in ore veſtro, alle-

luja, alleluja.

Pſalmus.

Confitemini Domino & invocate Nomen ejus; annunciate inter gentes opera

Sequentia Victimæ paſchali ſuprà 277.

e jus. VIII.

Offertorium.

Angelus Domini deſcendit de cæ- lo, & dixit mulieribus: Quem quæri- tis ſurrexit ſicut dixit, al le luja.

Communio.

Surre xit Dominꝰ, & apparu- it Petro, al le lu ja.

FERIA TERTIA
Paſchæ.

Omnia ut in Die Dominica præter ſequentia.

Ad Benedictus Aña.

Stetit Jeſus in médio† diſcipu- lôrum ſuôrum, & dixit eis: Pax vobis, alleluja, alleluja.

Oratio.

Deus, qui Eccléſiam tuam novo ſemper fœtu multí- plicas: * concéde fámulis tuis,* ut ſacramentū vivéndo téneant, quod fide percepérunt. Per Dñm.

Ad Magnificat Aña.

Videte manus meas† & pedes meos, quia ego ipſe ſum, alle- luja, alleluja.

Ad Miſſam.

Introitus.

AQua ſa pientiæ po- tavit eos, alleluja: firmabitur in illis, & non flectetur, alleluja: & exaltabit eos in æternum, al leluja, al le lu ja.

Pſalmus.

Confitemini Dño, & invocate nomen ejus: annuntiate inter gentes opera ejus. VIII.

Sequentia Victim paſchali. ſuprà. 277.

Offertoriū

Into nuit de cæ lo Dominꝰ

& Altiſſimus dedit vocem ſu am: & ap

paru - erunt fontes aquarum, alle

- lu ja.

Communio.

Si conſurrexiſtis cum Chriſto

quæ ſurſum ſunt quærite, ubi

Chriſtꝰ eſt in dextera Dei ſedēs

al le luja: quæ ſurſum ſunt

ſapite, al le lu ja.

FERIA QUARTA.

Omnia ut in Die Dominica præter ea, quæ hic ſequuntur.

Ad Benedictus Aña.

Mittite † in dexteram navigij rete, & invenietis, alleluja.

Oratio.

Deus, qui nos Reſurrectiónis Domínicæ ánnua ſolemnitáte lætíficas: * concéde propítius; * ut per temporália feſta quæ ágimus, perveníre ad gáudia ætérna mereámur. Per eumdem Dóminum.

Ad Magnificat Aña.

Dixit Jeſus † diſcipulis ſuis: Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. aſcendit autem Simon Petrus & traxit rete in terram plenū magnis piſcibus, alleluja. ꝏ.

Ad Miſſam.

Introitus.

Venite benedicti Patris

mei, percipite regnum, alle-

lu ja: quod vobis para tum eſt ab

origine mundi, alle luja, allelu-

ja, al le lu ja.

Pſalmus.

Cantate Domino canticũ novum: cantate Domino om nis terra. VII.

Sequentia Victimæ paſchali ſuprà. 277.

Offertorium.

Portas cæli a pe ruit Do minus: & pluit illis manna, ut ederent: Panem cæli dedit eis: Panem Angelo rum manducavit ho mo, al le lu ja.

Communio.

Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur, alleluja: mors illi ultra non dominabitur, allelu ja, al le lu ja.

FERIA QUINTA

Ad Benedictus Aña.

María ſtabat † ad monuméntũ plorans, & vidit duos Angelos in albis ſedéntes, & ſudárium, quod fúerat ſuper caput Jeſu, alleluja.

Oratio.

Deus, qui diverſitátem géntium in confeſſióne tui Nóminis adunâſti: * da, ut renátis fonte Baptíſmatis una ſit fides méntium, * & píetas actionum. Per Dóminum.

Ad Magnificat Antiph.

Tulerunt † Dominum meum & neſcio, ubi poſuerunt eum: ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, alleluja: & ego eum tollam, alleluja.

Ad Miſſam.

Introitus.

Victricem manum tuam Domine lauda verunt pariter

Pſalmus.

Sequentia Victimæ paſchali. ſupra 277.

Offertorium.



Communio.



FERIA SEXTA.

Ad Benedictus Aña.

Undecim diſcípuli † in Galilææ vidéntes Dóminum, adoravérunt, alleluja.

Oratio.

Omnípotens ſempitérne Deus, qui paſchále ſacramentū in reconciliatiónis humánæ fœdere contulíſti: * da méntibus noſtris, * ut quod profeſſióne celebrâmus, imitêmur effectu. Per Dóminum noſtrum.

Ad Magnificat Antiph.



Ad Miſſam.

Introitus.

E Duxit eos Dominus in ſpe, alleluja: & inimicos eorum operuit mare, alleluja, alleluja, alleluja.

Pſalmus

Attendite popule meus legem meã: inclinate aurẽ veſtrã in verba oris mei. IV.

Sequentia. Victimæ paſchali ſupra. 277.

Offertorium.

Erit vobis hæc dies memorialis alleluja: & diem feſtũ celebrabitis ſolemnem Domino in progenies veſtras, legitimũ ſempiternũ diem, alleluja, alleluja, alleluja.

Cõmunio.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, alleluja: euntes docete omnes gentes baptizantes eos in Nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti, alleluja, alleluja.

SABBATO IN ALBIS.

Ad Benedictus Aña.

Currebant † duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcucúrrit citiùs Petro, & venit prior ad monumentum, alleluja.

Oratio.

Concéde, quæſumus omnipotens Deus: * ut qui Feſta

Paſchália venerándo égimus,* per hæc contíngere ad gáudia ætérna mereâmur. Per Dóminum.

Ad Miſſam.

Introitus. EDuxit Dominus populum ſuum in exultatione, alleluja; & electos ſuos in lætitia, alleluja, al le lu ja.

Pſalmus. Confitemini Dño & invocate nomen ejus: annunciate inter gentes opera ejus. VII.

Sequentia Victimæ paſchali. ſuprà fol. 277.

Offertorium. Benedictus, qui venit in nomine Domini: benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis, alleluja, al le lu ja.

Communio. Omnes, qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis, allelu ja.

Ad Veſperas.

Officium fit Duplex. Antiphona.

Alleluja, alleluja, alleluja. Confiteantur. G. ſub qua dicuntur omnes Pſalmi ſabbatini.

Capitulum. 1. Joann. 5.

CHariſſimi, Omne, quod natum eſt ex Deo, vincit mundum: & hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.

℞. br. Surrexit Dominus verè. Hymnus. Ad Cœnam Agni providi. ſuprà fol. 275.

℣. Mane nobiſcum Dómine, alleluja. ℞. Quoniam adveſperaſcit, alleluja.

Ad Magnificat Aña.

Cum eſſet ſero die illa, una Sabbatorum, & fores eſſent clauſæ, ubi erant diſcipuli

congregati in unum: ſtetit Jeſus in medio, & dixit eis: Pax vobis, alle luja.

Oratio. Præſta quæſumus. ſupra.

℣. Benedicamus Domino. cantatur deinceps ſine Alleluja.

DOMINICA IN ALBIS.

Duplex majus.

Ad Laudes Antiphona dupl.

Alleluja, alleluja, alleluja: alleluja, alleluja, alleluja: alleluja, alleluja, alleluja.

Pſalmi. Dominus regnavit. Jubilate Deo. Deus Deus meus. folio 7. Aña.

Surrexit Chriſtus † de ſepulchro qui liberâvit tres púeros de camino ignis ardéntis, alleluja.

Cant. Benedicite. &c. Aña.

Alleluja, † alleluja, alleluja.

Pſal. Laudate Dñm de cœlis. &c

Capitulũ. Chariſſimi, Omne, quod natum &c. ſupra. ℟. breve. Surrexit Dominus de ſepulchro. Hymnꝰ. Aurora lucis. folio 274.

℣. In Reſurrectiône tua Chriſte alleluja. ℟. Cæli & terra lætentur, alleluja.

Ad Benedictus Antiph.

Cùm eſſet ſerò. &c. ut ſuprà. 285.

Oratio.

Præſta, quæſumus omnipotens Deus: * ut, qui Paſchália feſta perégimus; * hæc te largiente, moribus & vitâ teneâmꝰ. Per Dominum.

Ad Primam.

Antiph. Alleluja. dicitur Symbolum. Quicunque. Ad abſolutionem Capituli Lectio brevis. Si conſurrexiſtis.

Ad Tertiam.

Antiph: Alleluja.
Capitulum. Chariſſimi, Omne. ſuprà.

℣. Surrexit Dóminus de ſepulchro alleluja. ℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, alleluja.

Oratio. Præſta quæſumus. ſuprà.

Ad Sextam.

Antiph. Alleluja.
Capitulum. 1. Joann. 5.

Quis eſt autem, qui vincit mũdum, niſi qui credit, quóniã Jeſus eſt Filius Dei? hic eſt, qui venit per aquam & ſánguinem, Jeſus Chriſtus: non in aqua ſolũ, ſed in aqua & ſánguine.

℣. Surrexit Dóminus verè, alleluja. ℟. Et appáruit Simôni, alleluja.

Ad Nonam.

Antiphona. Alleluja.
Capitulum. 1. Joann. 5.

Si teſtimónium hóminum accípimꝰ, teſtimónium Dei majꝰ eſt, quóniam hoc eſt teſtimónium Dei, quod majus eſt, quóniam teſtificatus eſt de Filio ſuo: Qui credit in Filium Dei, habet teſtimónium Dei in ſe.

℣. Gavíſi ſunt diſcípuli, alleluja. ℟. Viſo Dómino, alleluja.

Ad Veſperas Antiph.

Alleluja, al le luja, al le luja. Dixit Dñs. 7. ſub qua omnes Pſalmi Dominicales dicuntur.

Capitulum Chariſſimi, Omne. ſuprà. ℟. brev. Hymnus & verſus, ut heri notatur.

Ad Magnificat Antiph.

Poſt dies octo januis clau-

ſis ingreſſus Dominus dixit e-is: Pax vobis, alleluja, alla. ω.

Oratio. Præſta, quæſum9. ſuprà.

Reſponſoria brevia, Hymni & verſus hujus Dominicæ dicuntur uſque ad Aſcenſionem.

Ad Miſſam.

Introitus.

QUaſi modo geniti infan-tes, alle lu ja: rationabiles ſine do lo lac concupiſcite, alle lu ja, allelu ja, alle lu ja.

Pſalmus.

Exultate Deo adjutori noſtro: jubila-te Deo Jacob. V.

Pro Graduali.

Alle luja, Poſt dies octo januis clauſis, ſtetit Jeſus in me-dio diſcipulorum ſuo rum, & di xit, Pax vo bis, alle luja.

Offertoriū. Angelus Domini. fol. 280.

Communio.

Mitte manum tu am, & cognoſce loca clavorum, allelu ja: & no-li eſſe incredulus ſed fidelis, al-le luja, alle luja.

COMMEMORATIO DE CRUCE

In Laudibus, Antiph.

Crucifixus ſurrexit à mortuis, & redemit nos, alleluja, allel.

V. Dicite in nationibus, alleluja.

℟. Quia Dominus regnâvit à ligno, alleluja. Oratio. Orémus.

DEus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patíbulū ſubîre voluiſti, ut inimici à nobis expélleres poteſtátem: concéde nobis fámulis tuis; ut Reſurrectiônis grátiam conſequâmur. Per eúmdem Dóminum.

In Veſperis Antiphona.

Crucem ſanctam ſubijt, qui infernū confregit: accinctus eſt potentia, ſurrexit die tertia, alleluja.

Hæc Commemoratio de Cruce dicitur uſque ad Aſcenſionem in omnibus diebus, niſi ſit Duplex aut infra Octavam.

DOMINICA II. poſt Paſcha.

Capitulum. i. Pet. 2.

CHariſſimi, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relínquēs exémplum, ut ſequámini veſtígia ejus: qui peccátum non fecit, nec invéntus eſt dolus in ore ejus.

℟. breve. Surrexit Dñus verè. Hym. Ad cœnā Agni providi. &c. fol. 275.
℣. Mane nobiſcum Domine, alleluja. &c.

Ad Magnificat Aña.

Ego ſum † Paſtor ovium: ego ſum via, veritas & vita: ego ſum Paſtor bonus, & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ, alleluja, alleluja.

Oratio.

DEus, qui in Filij tui humilitâte jacéntem mundum erexiſti* fidélibus tuis perpétuam concéde lætítiam; *ut quos perpétuæ mortis eripuiſti cáſibus, gáudijs fácias pérfrui ſempitérnis. Per eúmdem Dóminum.

Comem. de Cruce. Aña Crucem ſanctam ſup.
In Laudib. Antiph. Alleluja. Pſal. Dominus regnâvit. de Dominica.
Capitulū. Chariſſimi, Chriſtus paſſus ſup.
℟. br. & Hym. 274. ℣. In Reſurrectione. &c.

Ad Benedictus Ana.

Ego ſum. ſuprà.
Oratio Deus, qui in Filij tui. ſuprà.
Comem. de Cruce. Aña. Crucifixus. ſuprà.

Ad Tertiam.

Antiphon. Alleluja.
Capitulum. Chariſſimi, Chriſtus paſſus.
℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, alleluja.
℟. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluja.

Ad Sextam.

Antiphon. Alleluja.
Capitulum. i. Pet. 2.

TRadébat autem judicánti ſe injuſtè: qui peccáta noſtra ipſe pértulit in Córpore ſuo ſuper lignum; ut peccâtis mórtui juſtítiæ vivâmus, cujus livôre ſanâti ſumus.

℣. Surrexit Dominus verè, alleluja.
℟. Et apparuit Simoni, alleluja.

Ad Nonam.

Antiphon. Alleluja.
Capitulum. i. Pet. 2.

ERâtis enim ſicut oves errántes: ſed convérſi eſtis nunc ad Paſtôrem & Epíſcopum animârum veſtrârum.

℣. Gavíſi ſunt diſcípuli, alleluja.
℟. Viſo Dómino, alleluja.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

In II. Veſperis.

Antiphona. Alleluja. Pſal. Dixit Dñs. &c. Capitulum. Chariſſimi, Chriſtus. ſupra. ℞. br. Surrexit Dominus verè. Hym. Ad cœnam Agni providi. folio 275.

℣. Mane nobíſcum Dómine, allel.

℟. Quóniam adveſperáſcit, allel.

Ad Magnificat Antiph.

E go ſum † Paſtor bonus, qui paſco oves meas: & pro ovibꝰ meis pono animã meã, alleluja. 3.

Oratio. Deus, qui in Filii tui. ſupra.

Ad Miſſam.

Introitus. M Iſericordia Do mini plena eſt terra, alle lu ja: verbo Do mini cæli firmati ſunt, alle lu ja, alle lu ja.

Pſalmus.

E xultate juſti in Domino: rectos decet collaudatio. IV. Pro Graduali.

Alle luja. E go ſum Pa ſtor bonus, & cognoſco o ves meas, & cognoſcunt me me æ. al le lu ja.

Offertorium.

De us Deus meus, ad te de lu ce vigilo: & in nomine tuo leva bo manus me as, al lelu ja.

Communio.

E go ſum Paſtor bo nus, alle lu ja., & cogno ſco oves me as,

DOMINICA III.

Poſt Paſcha.

Antiph. Alleluja. Pſalmi. Confiteantur. Sabb.

Capitulum. 1. Petri 2.

CHariſſimi, Obſecro vos tamquam ádvenas & peregrínos, abſtinêre vos à carnálibus desidérijs, quæ militant advérſus ánimam.

Reſp. br. Surrexit Dñus verè. Hym. Ad cœnam Agni providi. &c. 275.

℣. Mane nobiſcum Dómine, alleluja. &c.

Ad Magnificat Antiph.

Oratio.

DEus, qui errántibus, ut in viam poſſint redíre juſtítiæ veritâtis tuæ lumen oſténdis: * da cunctis, qui Chriſtiána profeſſiône cenſéntur, & illa reſpúere, quæ huic inimíca ſunt nómini; * & ea, quæ ſunt apta, ſectári. Per Dóminum.

Comem. de Cruce. Aña. Crucem ſanctam. &c.

Ad Laudes. Antiph. Alleluja. Pſal. Dominus regnavit. &c. de Dom.

Capitulũ. Chariſſimi, Obſecro vos. &c. Reſp. brev. Surrexit Dñus de ſepulchro. Hym. Aurora lucis. &c. ſuprà folio 274.

℣. In Reſurrectione tua Chriſte, alleluja.

℟. Cæli & terra lætentur, alleluja.

Ad Benedictus Antiph.

Módicum. &c.

Oratio. Deus, qui errantibus &c.

Com. de Cruce. Aña. Crucifixus ſurrexit. &c.

Ad Tertiam.

Antiphona. Alleluja.

Capitulum. Chariſſimi, Obſecro vos. &c.

℣. Surrexit Dñus de ſepulchro, alleluja.

℟. Qui pro nobis pependit in ligno, allel.

Ad Sextam.

Antiphona. Alleluja.

Capitulum. 1. Petri 2.

SUbjécti ígitur eſtôte omni humánæ creatúræ propter Deum: ſive regi quaſi præcelléntí; ſive dúcibus tamquam ab eo miſſis ad vindíctam malefactôrum, laudem verò bonôrum.

℣. Surrexit Dominus verè, alleluja.

℟. Et apparuit Simoni, alleluja.

Ad Nonam.

Antiphona. Alleluja.

Capitulum. 1. Petri 2.

SErvi ſúbditi eſtôte in omni timôre dóminis non tantùm bonis & modéſtis, ſed étiã dýſcolis. Hæc eſt enim grátia in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.

℣. Gaviſi ſunt diſcípuli, alleluja.

℟. Viſo Domino, alleluja.

Ad Veſperas.

Antiphona. Alleluja. Pſalm. Dixit Dominus. de Dominica.

Capitulum. Chariſſimi, Obſecro. ſuprà.

℟. br. Surrexit Dñꝰ vere. Hym. Ad cœnā. &c.
℣. Mane nobiſcum Dñe, alleluja. ſicp.

Ad Magnificat Ana.

Amen dico vobis: † quia plora-
bitis & flebitis vos, mundꝰ autē
gaudebit, vos verò contriſtabi-
mini, ſed triſtitia veſtra vertetur
in gaudium, alleluia. ꝏ.

Oratio Deus, qui errantibus. ſupra.
fit Commem. de Cruce Crucem ſanctam. &c.

Ad Miſſam Introitꝰ.

JUbila te Deo omnis terra
alleluja: pſalmū dicite nomini
ejus, alle lu ja: date gloriā lau-
di ejus, alleluja, alleluja, al lelu ja.

Pſalmus

Di cite Deo, quam terribilia ſunt opera
tua Domine: in multitudine virtutis tu-
æ mentientur tibi inimici tui. VIII.

Pro Graduali.

Al lelu ja. Oportebat
pa ti Chriſtū, & reſurgere à mor-
tuis: & i ta intrare in glo riam
ſuam, al le lu ja.

Offertorium.

Lau da anima mea Dnm: laudabo Do-
minū invi ta me a: pſallam De o me o,
quamdiu e ro, al le lu ja.

Communio.

Modicum, & non videbitis me, al-

DOMINICA IV.
poſt Paſcha ſem.

Antiph. Alleluja. Pſalmi. Confiteantur ex Sabbato.

Capitulum. *Jacobi 1.*

CHariſſimi, Omne datũ óptimum, & omne donum perféctum, deſúrſum eſt, deſcéndens à Patre lúminum; apud quem non eſt tranſmutátio, nec viciſſitúdinis obumbrátio.

Ad Magnificat Ana.



Oratio.

DEus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntâtis: ✱ da pópulis tuis id amare, quod præcipis, id deſiderâre, quod promittis: ✱ ut inter mundánas varietátes ibi noſtra fixa ſint corda, ubi vera ſunt gáudia. Per Dñm.

Capit. in Laud. Chariſſimi, Omne. &c.

Ad Benedictus Antiph.

Vado ad eum. ut ſupra

Ad Tertiam.

Capitulũ. Chariſſimi, Omne datum. ſup.

Ad Sextam.

Capitulum. *Jacobi 1.*

SCitis, fratres mei dilectiſſimi, Sit autem omnis homo velox ad audiéndum: tardus autem ad loquéndum, & tardꝰ ad iram. Ira enim viri juſtítiã Dei non operâtur.

Ad Nonam.

Capitulum. *Jacobi 1.*

PRopter quod abjiciéntes omnem immundítiam, & abundántiam malítiæ, in manſuetúdine ſuſcípite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare ánimas veſtras.

Ad Veſperas

Capitulũ. Chariſſimi, Omne datũ. &c.

Ad Magnificat Aña.



Ad Miſſam

Intro-itus.



Offertoriū: Jubilate Deo. &c. vide ſuprà in Dom. II. poſt Epiph. folio. 114.

Cōmunio.

DOMINICA V.

Poſt Paſcha. ſemid.

Veſperæ ex Pſalterio in Sabbato: à Cap: fit de ſequenti.

Capitulum. *Jac. 1.*

CHariſſimi, Eſtôte factóres verbi, & non auditores tantū falléntes voſmetipſos. Quia ſi quis audítor eſt verbi & non factor: hic comparábitur viro conſideránti vultum nativitâtis ſuæ in ſpéculo: conſiderâvit enim ſe & ábijt, & ſtatim oblîtus eſt, qualis fúerit.

Ad Magnificat Aña.



Oratio.

DEus, à quo bona cuncta procédunt, largíre ſupplícibus tuis: * ut cogitêmus te inſpiránte, quæ recta ſunt; * & te gubernánte éadem faciâmus. Per Dóminum.

In Laud. Capitul. Chariſſimi, Eſtote, ſup.

Ad Benedictus Antiph.

Uſque modo. ſupra.

Ad Tertiam.

Capitulum. Chariſſimi, Eſtote. ſuprà.

Ad Sextam.

Capitul. *Ibid.*

QUi autem perſpéxerit in legē perféctam libertâtis, & permánſerit in ea, non audîtor oblivióſus factus, ſed factor óperis: hic beâtus in facto ſuo erit.

Ad Nonam.

Capitulum. *Jacobi 1.*

RElígio munda & im̄aculâta apud Deum & Patrem hæc eſt: Viſitare pupillos & víduas in tribulatiône eôrum, & immaculátū ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

In Veſperis Aña. Alleluja. Pſ. Dixit Dn̄s. &c.
Capitulum. Chariſſimi, Eſtote. ſuprâ.

Ad Magnificat Aña.

Ad Miſſam.

Introitus.

po pulum ſuum, al lelu ja, al-
le lu ja.

Pſalmus.

Jubilate Deo omnis terra: pſalmum dicite nomini ejus, date gloriã laudi ejs.

III. Pro Graduali.

Al lelu ja. Exi vi à Pa-
tre, & veni in mundũ: iterũ
relin quo mundũ, & vado ad
Pa trem, al lelu ja.

Offertorium.

Benedicite gentes Dominum Deũ noſtrũ: & obaudite vocem laudis ejus: qui po-
ſuit animam meam ad vitam & non dedit commoveri pedes meos: benedictus Dominus, qui non amovit deprecationem meam, & miſericordiã ſu am à me, alle lu ja.

Communio.

Cantate Do mino, al le lu ja: can-
tate Domino, & benedicite nomen
ejus: bene nuntiate de die in diẽ
ſalutare e jus, al le lu ja, al-
le lu ja.

FERIA II. ROGATION.

Ad Benedictus Antiphona.

Pétite, & accipiẽtis, quærite, & inveniẽtis: pulſáte, & aperiẽtur

vobis, alleluja.
℣. In resurrectione tua Christe, alleluja.
℟. Cæli & terra lætentur, alleluja.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnipotens Deus: ut qui in afflictióne noſtra de tua pietâte confídimus; contra advérſa ómnia tua ſemper protectióne muniamur. Per Dóminum.

Cum fit Proceſſio Lytaniarum, in Choro dicto Pater noſter & Ave. Cantor incipit ℟.

EXurge Do mine, adjuva nos & li be ra nos propter nomen tu um, alleluja. ℣. Deus auribꝰ noſtris audivimus: patres noſtri annunciaverunt no bis. Gloria

abinitio.

Sicut erat. *Exurge Domine.*

Dein Sacerdos in tono feriali.

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam, all. ℟. Et ſalutâre tuum da nobis, all. Kyrie eléiſon. Chriſte eléiſon. Kyrie eléiſon. Pater noſter. &c. ſecretò.
℣. Et ne nos indûcas in tentatiônem. ℟. Sed líbera nos à malo. ℣. Et véniat ſuper nos miſericórdia tua Dómine. ℟. Salutâre tuum ſecúndùm elóquium tuum.
℣. Dómine exáudi oratiônem meam. ℟. Et clamor meus ad te véniat. ℣. Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DEus, qui culpâ offénderis, pœniténtia placâris: preces pópuli tui ſupplicántis propítius réſpice; & flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis noſtris meremur, averte. Per Chriſtũ Dñm nřm. Amen.

Dum órdinatur Proceſſio.

PRo pitius eſto Domine peccatis noſtris propter no men tuum, ne quando dicant gentes: ubi eſt Deꝰ e orum, alle lu ja.

Dein immediatè duo Cantores cantant Lytanias de omn: SS. quas vide cxxvj.

Ad Miſſam de Rogat. Introitꝰ.

EXaudivit de templo ſancto ſuo vo cem meam, alle lu ja. & clamor meus in conſpectu ejus introivit in aures ejus, alle lu ja, alle lu ja. Pſalmꝰ. Diligam te Dñe virtus mea: Dominꝰ firmamentũ meũ, & refugiũ meũ, & liberator meus. Gloria.

Graduale.

Alleluja. ℣. Confitemini Domino quo-
niam bonus, quoniam in ſæculū miſeri-
cor dia e jus. Alleluja.
Offertorium.
Confitebor Domino nimis in ore meo:
& in medio multorū laudabo e um, qui
aſtitit à dextris pauperis, ut ſalvam fa-
ceret à perſequenti bus animam me-
am, alle lu ja.
Communio.
Petite, & accipietis: quærite, & invenietis:
pulſate & aperietur vobis: omnis enim, qui
petit, ac cipit, & qui quærit, invenit: & pul-
ſanti a pe ri e tur, alle lu ja.
Eadem Miſſa à IV. Vocib9.
Exaudivit de templo ſancto
ſuo vocem meam, alleluja: & cla-
mor meus in conſpectu ejus intro-
ivit in aures ejus, alleluja alleluja.
Pſalmus Diligam te Domine virtus me-

a: Dominus firmamentum meũ & re-
fugiũ meũ, & liberator meꝰ. Gloria
Patri & Filio & Spiritui ſancto: Sicut
erat in principio & nũc & ſemper, & in
ſæcula ſæculorũ, amen. Exaudivit.
Kyrie eleiſon, Kyrie eleiſon, Kyrie
eleiſon. Xpe eleiſon. ÷ Xpe eleiſon.
Kyrie ab initio.
Graduale.
Alleluja, Confitemini Domino

quoniā bonꝰ, q̄m̄ in ſæculū miſericordia
e jus.
Offertorium.
Confitebor Domino nimis in ore
meo: & in medio multorū lauda-
bo eū, qui aſtitit à dextris pauperis, ut ſal-
vā faceret à perſequentibꝰ animam meam,
alleluja.
Sanctus, Sctꝰ, Sctꝰ Dñꝰ Deus ſabaóth.



Pleni ſunt cæli & terra gloria tua.

Oſanna in excelſis. Benedictꝰ qui ve-



nit in nomine Dñi. Oſaña in excelſis.

Ad Elevationẽ SSmi cantatur Ave verum.

Agnus Dei, qui tollis peccata mun-

di, miſerere nobis. Agnus Dei, qui

tollis peccata mundi, miſerere nobis

Agnus Dei, qui tollis peccata mun-

di, dona nobis pacem.

Communio.

Petite, & accipietis: quærite, & in-



venietis: pulſate & aperietur vo-

bis: omnis enim, qui petit accipit, &

qui quærit invenit, & pulſanti ape-

In quibuſdam locis cantatur de S. Patrono Antiphon. ſeq.

rietur, alleluia. Lux perpetua



lucebit Sanctis tuis Domine: & æter-

nitas temporum, alleluja.

Sic fit etiam duobus ſequentibus diebus quoad Proceſſionem & Miſſam.

IN VIGILIA ASCENS.

In Laudibus pro Commemoratione Vigiliæ in officio XII. Lectionum.

℣. In reſurrectione tua Chriſte, all.

℟. Cæli & terra lætentur, alleluja.

Ant. Pater, venit hora, clarifica Filium tuũ claritate, quam habui, priuſquam mundus eſſet, apud te, alleluja. Oratio. Deus, à quo. &c. ſupra ex Dominica præcedenti. 294.

IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.

Duplex I. claſſis.

In I. Veſp. Antiph. Viri Galilæi, quid ex Laud: Pſalmi de Dominica.
Capitulum. *Act. 1.*

PRimùm quidē ſermônem feci de ómnibus, ô Theóphile, quæ cœpit Jeſus fácere & docére uſque in diē, qua præcípiens Apóſtolis per Spíritum ſanctū, quos elégit, aſſúmptus eſt.

Reſponſorium breve.

Aſcendens Chriſtus in altū, * al-

leluja alleluja. ℣. Captivā du-

xit captivitatem. ℣. Gloria.

Hymnus.

Jeſu noſtra redemptio,


Amor & deſiderium,

Deus creator omnium,

Homo in fine temporum.

Quæ te vicit cleméntia
Ut ferres noſtra crímina
Crudélem mortem pátiens
Ut nos à morte tólleres?

Inferni clauſtra penetrans,
Tuos captivos redimens,
Victor triumpho nobili
Ad dextrã Patris reſidens.

Ipſa te cogat pietas,
Ut mala noſtra ſuperes
Parcendo, & voti compotes
Nos tuo vultu ſaties.

Tu eſto noſtrum gaudium
Qui es futurus præmium:
Sit noſtra in te gloria
Per cuncta ſemper ſæcula.

℣. Aſcendit Deus in jubilatione, alleluja. ℟. Et Dominus in voce tubæ, alleluja.

Ad Magnificat Ant.

Oratio.

Concede, quæſumus, omnipotens Deus: ut, qui hodierna die Unigenitum tuum Redemptorem noſtrũ ad cœlos aſcendiſſe credimus; ipſi quoque mente in cœleſtibus habitemus. Per eumdem Dominum.

In Completorio & in omnibus Horis uſque ad Veſp. primas Pentecoſt. Hymnus terminatur

Gloria tibi Domine,
Qui ſcandis ſuper ſidera,
Cum Patre & ſancto Spiritu
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Ad Laudes & Horas Antiph.

& nubes ſuſcepit illum in cælo, alleluja.

Capitulum. Primùm quidem. ſuprà.

Reſponſorium breve.

Aſcendit Deus in jubilatione,* alleluja, alleluja. ℣. Et Dominus in voce tubæ. Gloria. Hym. idem, qui in Veſp.

℣. Dominus in cælo, allelúja.

℟. Parâvit ſedem ſuam, alleluja.

Ad Benedictus Aña.

Aſcendo †ad Patrem meum & Patrem veſtrum: Deum meum & Deum veſtrū, alleluja. 7.

Oratio Concede quæſumus. ſuprà.

Ad Tertiam.

Antiphona. Cúmque intuerentur.

Capitulum. Primùm quidem. ſupra.

℣. Aſcéndit Deus in jubilatióne, allelúja. ℟. Et Dñus in voce tubæ, all.

Ad Sextam.

Antiphona. Elevátis mánibus.

Capitulum. Act. 1.

ET convéſcens, præcepit eis ab Jeroſólymis ne diſcéderent: ſed expectárent promiſſiónē Patris, quam audíſtis (inquit) per os meum; quia Joánnes quidem baptizâvit aquâ, vos verò baptizabímini Spíritu ſancto non poſt multos hos dies.

℣. Aſcéndens Chriſtus in altum, alla.

℟. Captívā duxit captivitâtem, alla.

Ad Nonam.

Antiphona. Videntibus illis.

Capitulum. Act. 1.

VIri Galilæi, quid ſtatis aſpiciéntes in cælum? hic Jeſus, qui aſſúmptus eſt à vobis in cælū, ſic véniet, quemádmodū vidiſtis eum euntem in cælum.

℣. Aſcendo ad Patrem meū & Patrem veſtrum, allelúja. ℟. Deum meum, & Deum veſtrum, allel.

In II. Veſper. omn. ut in primis præter ſeq.

℣. Dóminus in cælo, allelúja.

℟. Parâvit ſedem ſuam, alleluja.

Ad Magnificat Aña.

O Rex gloriæ †Domine virtutum, qui triumphator hodie ſuper omnes cælos aſcendiſti, ne derelinquas nos orphanos; ſed mitte promiſſum Patris in nos Spiritum veritatis alleluja. 2.

Oratio Concede quæſumus. ſuprà.

Dein fit comem. ſequentis, ſi fortè incidat.

Ad Proceſſionem ℟.

Niſi ſupra Poſitum in Dom. Paſchæ magis placeat more antiquo.

Ego rogabo Pa trem
- &a lium Para clitū
dabit vo bis. Ut ma-
neat vo biſcum in æ ter-
num Spiritū verita - tis -
alle - lu ja.
℣. Sic enim non abiero, Paraclitus
non veniet ad vos: ſi autem abiero
mittam eum ad vos. 3.
Ad Miſſam.
Intro-itus
VIri Ga lilæ i, quid ad-
mira mini aſpicientes in cælum

allelu ja: quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cælum, ita veniet, allelu ja, alle lu- ja, al le lu ja.

Pſalmus.

Omnes Gentes plaudite manibus: jubilate Deo in voce exultationis. VII.

Pro Graduali.

Allelu - ja. Dominꝰ in Sina in ſancto, aſcendens in altum, capti vam duxit capti vitatem, al le lu ja.

Offertorium.

Aſcen dit De us in jubilatio- - ne: & Dominꝰ in vo ce tubæ, al le lu ja.

Communio.

Pſallite Domino, qui aſcendit ſuper cælos cælorum ad Ori entem, alle - lu ja.

Sic dicitur Officium & Miſſa per totam Octavam.

DOMINICA INFRA Octavam Aſcenſ. D. ſemi.

Ad Veſp. Ant: Viri Galilæi. & Pſalmi de feſto.

Capitulum. 1. Petri. 4.

CHariſſimi, Eſtóte prudéntes & vigiláte in oratiónibus. Ante ómnia autem mútuam in vobiſmetipſis charitâtem contínuam habéntes: quia cháritas óperit multitúdinē peccatórum.

Reſponſ. br. & Hymnus ſupra ex Feſto.
℣. Dominus in cælo, allelúja.
℟. Parávit ſedem ſuam, allel.

Ad Magnificat Antiph.

Oratio.

OMnípotens ſempiterne Deus, * fac nos tibi ſemper & devótam tibi gérere voluntatem; * & Majeſtâti tuæ ſincéro corde ſervíre. Per Dóminum.

Dein fit comem. Oct. Aſcenſ. An. O Rex gloriæ. &c. ℣. Aſcendit Deus in jubilatione, alleluja. &c. Oratio. Concede quæſumus, &c. ſupra.

Ad Laudes ex Feſto Antiphonæ Viri Galilæi. Pſalmi Dominus regnavit. de Dominica. Capitulũ. Chariſſimi, eſtote. ſuprà. Reſp. br. Hymnus & verſus ex Feſto.

Ad Benedictus Antiph.

Cùm venerit. &c.
Oratio. Omnípotens ſempiterne. &c.

Dein fit comem. Aſcenſ. Antiph. Aſcendo. ℣. Aſcendit Deus. &c. Oratio. Concede. &c.

In Prima, ad Abſolutionem Capituli Lect. br. Si quis loquitur.

Ad Tertiam. Capit: Chariſſimi, Eſtote. &c. ſup. ℣. Aſcendit Deus in jubilatione, alleluja. &c. Oratio. Omnipotens ſempiterne.

Ad Sextam.

Capitulum. 1. Pet. 4.

HOſpitáles invicem ſine murmuratióne: unuſquiſque, ſicut accépit grátiam, in alterutrum illam adminiſtrántes, ſicut boni diſpenſatôres multifórmis gratiæ Dei.
℣. Aſcendens Chriſtus in altum, alleluja. &c.

Ad Nonam.

Capitulum. 1. Pet. 4.

SI quis lóquitur, quaſi ſermónes Dei: ſi quis miníſtrat, tãquam ex virtûte, quam adminíſtrat Deus: ut in omnibus honorificétur Deus per Jeſum Chriſtum Dóminum noſtrum.
℣. Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum, alleluja. &c.

In II. Veſperis omnia ùt in primis præter

Antiph. ad Magnificat.

Oratio. Omnipotens ſempiterne. &c.
Dein fit comem. Octav. Aſcens. ùt ſuprà.

Ad Miſſam.

Introitus.

allelu ja: tibi dixit cor meum
quæſivi vultum tuum, vultum
tuum Domine requi ram; ne
avertas faciem tuam à me, alle
lu ja, al le lu ja.
Pſalmus.
Dominus illuminatio mea, & ſalus
mea, quem timebo.
Pro Graduali
Alle lu – ja. Non vos
relin quam or phanos: va-
do, & venio ad vos, & gaudebit
cor ve ſtrum, al le-
– lu ja.
Offertorium Aſcendit Deus. ſuprà folio.
Communio.
Pater, cùm eſſem cum e is,
ego ſervabam eos, quos dedi-
ſti mihi, allelu ja; nunc autē
ad te ve nio: non rogo, ut tol-
las eos de mundo, ſed ut ſerves eos

à malo, alleluja, alle lu ja.

IN OCTAVA ASCẼ-ſionis. duplex majus.

Omnia, ùt in Die principali.

In ſecundis Veſperis non fit cõmem. Officij ſeq:

℣. Duobus ſequentibus diebus Officiũ fit ſicut in Dominica infra Octav. Aſcenſ: ùt ſuprà, omiſſâ cõmem. de Octava Aſcenſ. & non dicuntur preces ad Primam & Completorium.

Si verò feriâ vj. occurrat Feſtum duodecim Lect. fit de Feſto cũ cõmem. Officij ejusdem diei, niſi illud Feſtũ fuerit I. vel II. claſſis, quia tunc in ſecundis Veſp. Feſti ſolùm fieret cõmem. ejuſdem Feriæ pro Vigilia Pentecoſtes.

FERIA SEXTA.

Semiduplex.

Officium & Miſſa fiunt de Dom. præced. in Veſperis fit cõmem. Vigiliæ Pentec. quando hodie celebratur Feſtum xij. Lect. Ant. Hæc locutus ſum vobis, &c. ℣. Dominus in cælo, alleluja, &c. Oratio. Omnipotens ſempiterne. ſuprà ex Dominica præced.

SABBATO

In Vigilia Pentecoſtes. ſemid.

℣. Ab hac die uſque poſt feſtum Ss. Trinitatis incluſivè, ſi occurrat feſtum xij. Lectionũ transfertur poſt prædictum Feſtum. De ſimplici autem ſequenti Triduo nulla fit cõmem.

Officium fit ùt heri uſque ad Veſperas.

Poſt Nonam canonicam ante Miſſam leguntur VI. Prophetiæ, & Sacerdos indutus manipulo, ſtola & caſula violaceis legit eas ſubmiſſâ voce, in Cornu Epiſtolæ ſine Flectamus genua.

Poſt II. Prophetiam Tractus.

Cante mus Domino, glori o ſe e nim honorifica tus eſt: equũ & aſcenſo rem projecit in ma re: adjutor & protector factus eſt mihi in ſa lu tem.

Poſt III. Prophet. Tractus.

Atten de cæ lum & loquar: & audiat terra verba ex o re me o.

Poſt IV. Prophetiam. Tractus.

Vi nea facta eſt dile cto in cor nu in loco u beri.

Finitis Lectionibus Sacerdos indutus Pluviali violaleeo procedit poſt Chorum ad Fontem benedicendum. & fiunt in acceſſu, ibi & reditu omnia prout ſcriptum eſt in Sabbato S. folio

Miſſa verò cantatur (Sacerdote induto & procedente ex Sacriſtia Paramentis rubri coloris) de Spiritu ſancto. & incipitur immediatè.

Kyrie e le iſon. ùt infra folio. xcv.

Sub Gloria in excelſis &c. pulſentur Campanæ & Organum. Poſt Epiſtolam cantatur Alleluia unâ vice. ℣. Confitemini. non repetitur Alleluja, ſed iṁediate ſequitur Tractus: Laudate Dominum. prout in Sabbato S. fol.

Offertorium.

E mitte Spi ritũ tuum, & creabun tur: & renova bis faciem terræ: ſit gloria Domini in ſæcula, alle lu ja.

Communio.

Ul timo feſti vitatis di e di- cebat Jeſus: Qui in me credit,

flumina de ventre ejus fluent a-
quæ vivæ: hoc autem dixit de
Spiritu, quèm accepturi erant
credentes in e um, al-
lelu ja, al le lu ja.

DOMINICA PENTECOSTES.

DUPLEX I. CLASSIS.

Ad Veſperas.

Antiphonæ. Cum complerentur, &c. ex Laudibus. Pſalmi de Dominica. Dixit Dominus.

Capitulum. *Actor. 2.*

CUm compleréntur dies Pentecôſtes, erant omnes diſcípuli páriter in eôdem loco: & factus eſt repéntè de cælo ſonus, tamquam adveniéntis ſpíritûs veheméntis, & replêvit totam domum, ubi erant ſedéntes.

Reſponſorium breve.

Spiritus Paraclitus, * Alleluja

alle luja. ℣. Docebit vos omnia.

Hymnus.

VEni Creator Spiritus,

Mentes tuorum viſita,

Imple ſupernâ gratiâ,

Quæ tu creâſti pectora.

Qui Paráclitus díceris,
Donum Dei altíſſimi,
Fons vivus, Ignis, Cháritas,
Et ſpiritâlis Unctio.

Tu ſeptifórmis múnere,
Dextræ Dei tu dígitus
Tu rite promíſſum Patris
Sermône ditans gúttura.

Accénde lumen ſénſibus
Infúnde amôrem córdibus
Infírma noſtri córporis
Virtûte firmans pérpeti.

Hoſtem repellas lóngiùs,
Pacémque dones prótinus,
Ductóre ſic te prævio
Vitémus omne nóxium.

Per te ſciámus da Patrem,
Noſcâmus atque Fílium,
Te Utriúſque Spíritum
Credâmus omni témpore.

Glória Patri Dómino,
Natóque, qui à mórtuis
Surréxit, ac Paráclito
In ſæculórū ſæcula. Amen.

Sic terminantur omnes Hymni uſque ad Veſp. Sabbati ſequentis.

℣. Repléti ſunt omnes Spíritu ſancto, alleluja. ℟. Et cœpérunt loqui, alleluja. Ad Magnificat Añа.

Non vos relinquam orphanos,

alle lu ja: va do, & ve nio ad

vos, alleluja: & gaudebit cor veſtrum, alle luja. 2.

Oratio.

DEus, qui hodiérna die corda fidélium ſancti Spiritûs illuſtratióne docuíſti: * da nobis in eôdem Spíritu recta ſápere, * & de ejus ſemper conſolatione gaudére. Per Dominum... in unitâte ejuſdem.

Ad Laud: & Hor: Añæ.

CUm complerentur † dies Pentecoſtes, erant omnes pa riter in eodem loco, alleluja. 3.

Spiritus Domini † replevit orbem terrarum, alleluja. 8.

Repleti ſunt omnes † Spiritu ſancto, & cœperunt loqui, alle lu ja, alleluja. 8.

Fontes † & omnia, quæ moventur in aquis, hymnum di cite Deo alle luja. 1.

Loquebantur † va rijs linguis Apoſto li magnalia Dei, alleluja, alle luja, alleluja. 7.

Capitulum Cum complerentur ſupra.

Reſponſorium breve.

Spiritus Domini replevit orbem terrarum, * Alleluja, alleluja. ℣. Et hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. ℣. *Gloria.*

Hymnus.

BEata nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cum Spiritus Paraclitus
Effulſit in Diſci pulos.

Ignis vibránte lúmine
Linguæ figúram détulit,
Verbis ut eſſent próflui,
Et charitáte férvidi.

Linguis loquúntur ómnium:
Turbæ pavent Gentílium,
Muſto madêre députant,
Quos Spíritus repléverat.

Patráta ſunt hæc myſticè
Paſchæ peracto témpore
Sacro diêrum número,
Quo lege fit remiſſio.
Te nunc Deus piiſſime
Vultu precámur cérnuo,
Illápſa nobis cœlitus
Largîre Dona Spiritûs.
Dudum ſacráta pectora
Tuâ replêſti gratiâ
Dimitte noſtra crímina,
Et da quiéta témpora.
Glória Patri Dómino,
Natóque, qui à mortuis
Surrexit, ac Paráclito
In ſæculôrũ ſæcula. Amen.

℣. Repléti ſunt omnes Spíritu ſancto, allelúja. ℞. Et cœpérunt loqui, allelúja. Ad Benedictus Añā.

Oratio. Deus, qui hodierna die. ſuprà.

Ad Tertiam.

Hymnus Veni Creator Spiritus. ſuprà in Veſperis locò Hymni Nunc ſancte nobis. ídque per totam Octavam.
Antiphona. Spiritus Domini.
Capitulum. Cum complerentur. ſuprà.

℣. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja. ℞. Et hoc, quod cóntinet ómnia ſciéntiam habet vocis, alleluja.

Ad Sextam.

Antiphona. Repleti ſunt omnes.
Capitulum. *Act. 2.*

FActa autem hac voce, convênit multitûdo, & mente confúſa eſt; quóniam audiêbat unuſquíſq; linguâ ſuâ illos loquéntes.

℣. Spíritus Paráclitus, allelúja.
℞. Docébit vos ómnia, allelúja.

Ad Nonam.

Antiphona. Loquebantur.
Capitulum. *Act. 2.*

JUdæi quoque & Proſélyti, Cretes & Arabes, audívimus eos loquéntes noſtris linguis magnália Dei.

℣. Repléti ſunt omnes Spíritu ſancto, all. ℞. Et cœpérunt loqui, allelúja.

In II. Veſperis.

Omnia ùt in primis præter ſequentia.

℣. Loquebântur várijs linguis Apóſtoli, allel. ℞. Magnália Dei, allelúja.

Ad Magnificat Añā.



Oratio. Deus, qui hodierna die, ſuprà.
Sic dicitur Officium per totam Octavam uſque ad Veſperas Sabbati ſequentis excluſivè.

Ad Proceſſionem Sequens Reſponſ. canitur, niſi antiquo more magis placeat Salve feſta dies, folio.

Ad Proceſſionem.

tam domū, al le lu ja, al-

le lu ja. *Verſus.*

Dum ergo eſſent in unum Diſcipuli congregati propter metum Judæorū, ſonus repentè de cælo venit ſuper eos. 3.

Ad Miſſam.

Introit. Spiritus Do mini re- ple vit orbem terrarum, alle lu ja: & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis, alle lu ja, alle lu ja, alle lu ja.

Pſalmus.

Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus: & fugiāt, qui oderunt eum à facie ejus. VIII.

Sequentia.

Veni ſancte Spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ radium.

Veni Pater pauperum, veni dator mu- nerum, veni lumen cordium.

Conſolator optime, dulcis ho- ſpes animæ, dulce refrigerium.

In labore requies, in æſtu temperies
in fle tu ſolati um.
O lux beatiſſima, reple cordis
intima tuorum fidelium.
Sine tuo numine nihil eſt in homine
nihil eſt innoxium.
Lava, quod eſt ſordidū, riga qd
eſt aridū, ſana quod eſt ſauciū.
Flecte, quod eſt rigidū, fove quod eſt
frigidum, rege quod eſt devium.
Da tuis fidelibus in te confiden-
tibus ſacrum Septenarium. Da
virtutis meritum, da ſalutis e-
xitū, da perenne gaudium. A-
men. Alle luja.
Offertorium.
Confirma hoc De us, quod operatus
es in nobis: à templo tu o, quod eſt in
Jeruſalem: tibi offerent reges mu-
nera. Al lelu ja.
Communio.
Factꝰ eſt repente de cælo ſo-
nus tanq̄m advenientis ſpiri-

tus vehementis, ubi erant ſe-
dentes, alle luja: & repleti
ſunt omnes Spiritu ſancto, loquē-
tes magna lia De i, allelu-
ja, alle lu ja.

FERIA SECUNDA
Pentecoſtes.

Omnia ſicut in Dominica die præter ſequentia.

Ad Benedictus Antiph.

Sic Deus dilexit mundum,† ut Filium ſuum unigénitum daret; ut omnis, qui credit in ipſum, non péreat, ſed habeat vitā æternā, allel.

Oratio.

Deus, qui Apóſtolis tuis ſanctum dediſti Spíritum: * concéde plebi tuæ piæ petitiônis effectum; * ut quibus dediſti fidē, largiâris & pacem. Per Dominum noſtrum... in unitate ejusdem Spiritꝰ.

Ad Magnificat Antiph:

Si quis diligit me † ſermonē meum ſervabit, & Pater meꝰ diliget eum: & ad eum veniemꝰ, & manſionem apud eum facie mus, alleluja.

3.

Ad Miſſam.

Introitus. Cibavit eos. infrà folio 332. Seq. Veni ſancte Spiritꝰ ſupra 315. Offertor. Intonuit. 280.

Communio.

Spiritus ſanctus docebit vos, alleluja: quæcunqꝫ dixero vobis, alleluja, alle luja.

FERIA TERTIA
Pentecoſtes.

Omnia ſicut in Dominica die præter ſequentia.

Ad Benedictus Antipha.

Ego ſum oſtium † dicit Dóminꝰ: per me, ſi quis introíerit, ſalvábitur, & páſcua invéniet, allelúja.

Oratio.

ADſit nobis, quæſumus Dn̄e, virtus Spíritûs ſancti: ✱ quæ & corda noſtra cleménter expúrget, ✱ & ab ómnibus tueâtur advérſis. Per Dn̄m.. in unitate ejusdē.

Ad Magnificat Antiph.

Ad Miſſam.

Introitus.



Pſalmus.



℣. Sequentia. Veni ſancte Spiritus. ſup 215. Offertorium portas cæli. fol 282.

Communio.

FERIA QUARTA

post Pentecoſten. IV. temp.

Omnia ut in Dominica præcedenti, præter ſequentia.

Ad Benedictus Antiph.

Ego ſum † panis vivus, dicit Dóminus, qui de cælo deſcéndi, alleluja, alleluja.

Oratio.

MEntes noſtras, quæſumus Dn̄e, Paráclitus, qui à te procédit, illúminet: ✱ & indúcat in omnē ✱ ſicut tuus promíſit Fílius, veritátem. Qui tecum vivit & regnat

in unitáte ejuſdem.

Ad Magnificat Antiph.

Ego ſum † panis vivus, qui de cælo deſcé-di: ſi quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum: & pa nis, quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita al-le luja.

Ad Miſſam.

Introitus. Deus, dum egrederé ris coram populo tu o, iter faciēs eis, habitans in il lis, allelu ja: terra mota eſt, cæ li diſtillave-runt, alleluja, alle lu ja.

Pſalmus.

Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejꝰ & fugiant, qui oderunt eū, à facie ejus. III.

Poſt Prophetiam. Alle luja. Ver bo Domi-ni cæ li firma ti ſunt: & ſpi ritu oris e jus omnis virtus eo rum.

Poſt Lect. Sequentia. Veni ſancte Spiritus. ſupra 215.

Offertorium.

Medita bor in mandatis tu is, quæ dile-xi valde: levabo manus meas ad manda-ta tu a, quæ dile xi, al le lu ja.

Communio.

Pacem relinquo vobis, allelu-ja: pacem meam do vobis, alle-lu ja, alle lu ja.

FERIA QUINTA

Omnia ut in Dominica præcedente præter ſequentia.

Ad Benedictus Antiph.

Convocátis † Jeſus duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis virtûtem & poteſtatem ſuper omnia.

dæmónia, & ut languôres curârent: & miſit illos prædicáre regnū Dei, & ſanáre infirmos, allelúja.

Oratio. Deus, qui hodierna die. ſuprà.

Ad Magnificat Antiph.

Spiritus, † qui à Patre procedit, allelu-ja: ille me clarificabit, allelu ja, alle-luja. ω.

Miſſa. Spiritus Domini. ſupra.

FERIA SEXTA

Quatuor temp.

Ad Benedictus Antiph.

Dixit Jeſus: † ut ſciâtis autem, quia Filius hóminis habet poteſtâtem in terra dimittere peccata: ait paralítico: Tibi dico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domū tuam, allelúja.

Oratio.

DA quæſumus Eccléſiæ tuæ miſéricors Deus: * ut ſancto Spíritu congregáta, * hoſtíli nullátenus incurſiône turbêtur. Per Dóminū... in unitáte ejúſdem.

Ad Magnificat Antiph.

Paraclitus autem † Spiritus ſanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & ſuggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis, allelu ja.

ω.

Ad Miſſam.

Introitus.

REpleatur os meū laude tua, allelu ja: ut poſſim cantare allelu ja: gaudebunt labia me a, dū cantavero tibi, allelu ja, alle lu ja.

Pſalmus.

In te Domine ſperavi, non confundar in æternū: in juſtitia tua libera me, & eripe me. III.

Sequent. Veni ſancte Spiritus. ſup. 215.

Offertorium Lauda. 291.

Communio.

Non vos relinquam orphanos

ve niā ad vos iterū, alleluja: & gaudebit cor veſtrū, alle luja.

SABBATO

Quatuor temp.

Ad Benedictus Antiph.

Cháritas Dei † diffuſa eſt in córdibus noſtris per inhabitántē Spíritum ejus in nobis, allelúja.

Oratio.

Mentibus noſtris, quæſumꝰ Dómine, Spíritum ſanctum benígnus infúnde: * cujus & ſapiéntiâ cónditi ſumus, * & providéntiâ gubernâmur. Per Dóminum... in unitáte ejuſdem.

Ad Miſſam.

Introitus.

Charitas Dei diffu ſa eſt in cordibus noſtris, allelu ja: per inhabitantē Spiritū e jus in no bis, alle lu ja, alle - lu ja.

Pſalmus.

Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me ſunt, nomini ſancto ejus. ℣.

Poſt primam Prophetiam.

Allelu - ja, Spiritus eſt qui vi vificat: caro autem non prodeſt quid quam.

Poſt ſecundam Prophetiam.

Alle lu ja. Spi ritus ejus orna vit cæ los.

Poſt tertiam Prophetiam.

Allelu ja. Cum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter ſeden tes.

Poſt quartam Prophetiam genuflectendo cantatur.

Alle luja. Ve ni ſancte Spi ritꝰ reple tuorū corda fidelium, & tui amoris in eis ignē ac cen de.

Poſt V. Prophetiam.

Allelu ja. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum & lauda bilis in ſæ cula.

Poſt Epiſtolam Sequentia Veni ſancte Spiritus, &c. ſup. fine Alleluja. in fine

Offertorium.

Domine Deus ſalu tis meæ, in di e clamavi & nocte coram te: intret o- ra tio mea in conſpectu tu o Do- mine, allelu ja.

Communio.

Spiritus ubi vult ſpi rat: & vocem ejus audis, alleluja, alle- lu ja: ſed neſcis, unde veniat, aut quo vadat, allelu ja, alle- luja, alle lu ja.

Poſt Nonam Canonic. celebratâ Miſſa finitur Tempꝰ Paſchale

IN FESTO
SS. TRINITATIS.
DUPLEX II. CLASS.

Ad Veſperas Antiph. Gloria tibi Trinitas. de Laud. Pſalmi de Dominica.

Capitulum. Rom. 11.

O Altitudo divitiârum ſapiéntiæ, & ſciéntiæ Dei: quàm incomprehenſibília ſunt judícia ejus, & inveſtigábiles viæ ejus! ℟. Deo grátias.

Reſponſorium breve

Benedicamus Patrem & Filium * cũ ſancto Spiritu. ℣. Laudemus & ſuperexaltemus eũ

in ſæcula. Gloria Patri. &c.

Hymnus O Lux beata Trinitas fol. 53.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli. ℟. Et laudábilis & glorióſus in ſæcula.

Ad Magnificat Aña.

Gratias tibi Deus, † gratias tibi vera & una Trinitas una & ſuma Deitas ſcta & una unitas. 1.

Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui dedíſti fámulis tuis in confeſſióne veræ fidei, ætérnæ Trinitâtis glóriam agnóſcere, & in poténtia majeſtâtis adorâre Unitâtem: * quæſumus, * ut ejúſdem fidei firmitáte ab omnibus ſemper muniâmur advérſis. Per Dnm.

Deinde fit comem. Dominicæ I. poſt Pentec.

Loquere Domine, quia audit ſervus tuus. ℣. Veſpertina Oratio &c.

Oratio.

DEus in te ſperántium fortitûdo, adéſto propítius invocatiónibus noſtris * & quia ſine te nihil poteſt mortális infírmitas, præſta auxílium grátiæ tuæ; * ut in exequéndis mandátis tuis, & voluntáte tibi & actióne placeâmus. Per Dóminum.

Ad Laudes & Horas Antiph.

Gloria tibi Trinitas † æqualis una Deitas & ante omnia ſæcula & nunc & in perpetuum. 1.

Laus & perennis gloria † Deo Patri & Filio, ſancto ſimul Paraclito, in ſæculorũ ſæcula. 2.

Gloria laudis † reſonet in ore omnium: Patri, genitæque Proli Spiritui ſancto pariter reſultet laude perenni. 3.

Laus Deo Patri † parilique Proli, & tibi ſancte ſtudio perenni Spiritus noſtro reſonet ab ore

omne per ævum. 4.

Ex quo omnia, † per quem omnia, in quo omnia, ipſi gloria in ſæcula. 5.

Capitulũ. O Altitudo. ſupra.

Reſponſorium breve.

Benedictus es Domine * in firmamento cæli. ℣. Et laudabilis & glorioſus in ſæcula. Gloria.

Sequens Hym. canitur in eo tono, quo Hymnus in Veſp.

Hymnus.

Tu Trinitâtis Unitas,
Orbē poténter qui regis
Atténde laudum cántica
Quæ excubántes pſállimꝰ.

Ortus refúlget lúcifer,
Sparſámq; lucē núntiat,
Cadit calígo noctium,
Lux ſancta nos illúminet.

Deo Patri ſit glória. &c

℣. Benedicâmus Patrē & Filiū cum ſancto Spíritu. ℟. Laudemꝰ & ſuperexaltémꝰ eū in ſæcula.

Ad Benedictus Aña.

Benedicta ſit ſancta † Creatrix & Gubernatrix omnium ſancta & indivi dua Trinitas nũc & ſemper & per infinita ſæ cula ſæculorum. 6.

Pro Commemoratione Dominicæ. Aña

Eſtote ergo miſericordes ſicut & Pater veſter miſericors eſt dicit Dominus.

℣. Dominꝰ regnavit, decorem induit. &c.

Oratio Deus in te ſperantium ſupra

Ad Primam.

dicitur Symbolum. Quicumq; vult.

Ad Tertiam.

Antiphona. Laus & perennis.

Capitulũ. O Altitudo divitiarum.

℣. Benedicâmus Patrem & Filiũ cũ ſancto Spiritu ℟. Laudémus & ſuperexaltémꝰ eũ in ſæcula.

Ad Sextam.

Antiphona. Gloria laudis.

Capitul. 2. Cor. 13.

Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti & cháritas Dei, & communicátio ſancti Spíritûs ſit cũ omnibus vobis, amen.

℣. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli. ℟. Et laudábilis & glorióſus in ſæcula.

Ad Nonam

Antiphona. Ex quo omnia.

Capitul. 1. Joan. 5.

Tres ſunt, qui teſtimónium dant in cælo: Pater, Verbum & Spíritꝰ ſctꝰ; & hi tres unũ ſunt.

℣. Verbo Dómini cæli firmati ſunt. ℟. Et Spíritu oris ejus omnis virtus eorum.

In ſecundis Veſperis omnia ùt in primis.

Ad Magnificat Antiph.

Te Deum † Patrem ingenitũ, te Filium uni genitũ, te Spiritũ ſctũ Paraclitũ ſanctã & indivi duam Trinitatẽ toto corde & ore confitemur, laudamus atque benedicimus: tibi gloria in ſæcula. 4.

Oratio Omnipotens ſempiterne Deus ſup.

Pro Commemoratione Dominicæ, Aña.

Nolite judicare, ut non judicemini, in quo enim judi cio judicaveritis judicabimini, dicit Dominus.

verſus Dirigatur Domine &c

Oratio. Deus in ſperantium. &c.

Ad Proceſſionem.

Benedi cat nos De us De us noſter benedicat nos Deus. Et

me tuant eum om nes fi- nes ter ræ. Verſus.

Deus miſerea tur noſtri & benedicat nos Deus. Et metuant p. 1.

Ad Miſſam.

Introitus.

BEne di cta ſit ſancta Trinitas, atque indiviſa Unitas: confite bimur e i, quia fecit nobiſcũ miſericordiam ſu am.

Domine Dominꝰ noſter, quā admira- bile eſt nomen tuū in univerſa terra VIII.

Pro Graduali

Alleluja, al le lu ja. Bene- dictus es Domine Deꝰ patrum noſtrorum, & lauda bilis in ſæ cula. Allelu ja.

Offertorium.

Benedictus ſit Deus Pater, unigeni- tuſque Dei Fi lius, ſanctus quoq; Spi- ritus: quia fecit nobiſcū miſeri- cordiam ſu am.

Communio

Benedicimus Deū cæ li, & coram omnibus viventibꝰ confitebimur e i: quia fecit no- biſcū miſericor diam ſu am.

¶. Si in feſto Ss. Corporis Chriſti occurrat Vigilia Nativ. S. Joannis Bapt, jejunatur in feria jv. præced. & nihil fit de ea in Officio.

FERIA QUINTA.

Celebratur Solemnitas Ss. Corporis Ch.

¶. Si in hac die occurrat feſt. S. Joannis Bapt. ex ſingulari privilegio transfertur in ſeq. diē 25. etiam impeditam, à quocumq; alio feſto xj. Lect. cū comem. Octavæ, ſed in II. Veſp. Corp. C. fit ſolum com̄. S. Joannis. Alia verò feſta ſolemniora occurr. in dicta die Corp. C. transferuntur infra Octavam prima die non impeditam. Alia feſta minora dupl. vel ſemiduplicia ea die occurrentia transferuntur poſt Octavam, de Simplicibus nihil fit.

IN SOLEMNITATE SS. CORPORIS CHRISTI.

DUPLEX I. CLASSIS.

AD I. VESPERAS AÑÆ

Et ſic alternatim dicuntur hæ duæ Antiphonæ cum ſuis Pſalmis per totam Octavam. Quodſi unâ die à feſto duplici impeditâ omittantur, non reponantur die ſequenti, ſed dicantur, ut ea die occurrunt.

Capitulum. *1. Cor. 11.*

FRatres: Ego enim accêpi à Dómino, quod & trádidi vobis: quóniam Dóminus Jeſus, in qua nocte tradebâtur, accépit panem & grátias agens fregit & dixit: Accípite & manducâte; hoc eſt Corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc

fácite in meam commemoratiónem

℟. Deo grátias.

Reſponſorium br.

Cibavit illos ex adipe frumen-

ti, * Alleluja, alleluja. ℣. Et de

petra melle ſaturavit eos.

Hymnus.

Pange lingua glorio ſi

Corporis my ſte ri um

Sanguiniſque pretio ſi

Quem in mundi pretium

Fructus ventris generoſi

Rex effu dit Gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine
Et in mundo converſâtus
Sparſo verbi ſémine
Sui moras incolâtus
Miro clauſit órdine.

In ſuprémæ nocte cœnæ,
Recúmbens cum fratribꝰ
Obſervatâ lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat ſuis mánibus.

Verbum caro panem verum
Verbo carnem efficit:
Fitque Sanguis Chriſti merū,
Etſi ſenſus deficit,
Ad firmandū cor ſincerū
Sola fides ſufficit.
✱ Tantum ergo Sacramentū
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui,
Præſtet fides ſupplementū
Senſuum defectui.
Genitori Genitoque
Laus & jubilatio
Salus, honor, virtus quoq;
Sit & benedictio
Procedenti ab Utroque
Compar ſit laudatio. Amen.

℣. Panem de cælo præſtitiſti eis, allelúja. ℟. Omne delectaméntum in ſe habentem, allelúja.

Ad Magnificat Antiph.

O quàm ſuavis eſt † Domine ſpiritus tuus, qui, ut dulcedinem tuam in filios demonſtrares, pane ſuaviſſimo de cælo præſtito, eſurientes replens bonis faſtidioſos divites dimittens inanes. 6.

Oratio.

Deus, qui nobis ſub Sacramẽto mirabili, Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: ✱ tribue, quæſumus, ita nos Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria venerari, ✱ ut Redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas cū Deo Patre in unitate.

In Completorio & deinceps in omnibus Hymnis per Octavam ſejuſdem metri] dicitur Gloria tibi Domine, qui natus es de Virgine &c.

AD LAUDES ET HORAS Antiphonæ.

Sapientia † ædificavit ſibi domū: miſcuit vinū, & poſuit menſā, alleluja. 1.

Angelorum eſca † nutriviſti populum tuū & pane de cælo præſtitiſti eis, alleluja.

Pinguis eſt † panis Chriſti & præbebit de li ci as regibus, al le lu ja. 3.

Sa cerdo tes ſancti † incenſū & pa nes of ferunt Deo, al le luja. 4.

Vincen ti † dabo manna abſcon ditum & nomen no vū, alle lu ja. 5.

Capitulum. 1. Cor. 11.

Fratres, Ego enim accépi à Dómino, quod & trádidi vobis: quóniam Dóminus Jeſus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit & dixit: Accipite & manducate: hoc eſt corpus meū, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiônem.

Reſponſorium breve.

Panem cæli dedit eis, * alle- luja, alleluja. ℣. Panem Angelorum manducavit homo.

Verbum ſupernum prodiens

Nec Patris linquens dexterā,

Ad opus ſuum exiens,

venit ad vitæ veſperam.

In mortem à diſcipulo
Suis tradendus æmulis
Prius in vitæ ferculo
Se trádidit diſcípulis.
Quibus ſub bina ſpécie
Carnem dedit & Sánguinē,
Ut dúplicis ſubſtántiæ
Totum cibáret hóminem.
Se naſcens dedit ſócium,
Convéſcens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmiū.
*O ſalutâris Hoſtia,
Quæ cæli pandis óſtium;
Bella premunt hoſtília,
Da robur, fer auxílium.
Uni Trinóque Dómino
Sit ſempitérna glória:
Qui vitam ſine término
Nobis donet in pátria. Amen.

℣. Póſuit fines tuos pacem, allel.
℞. Et ádipe fruménti ſátiat te, all.

Ad Benedictus Aña.

Oratio.

Deus, qui nobis ſub Sacraménto mirábili Paſſiônis tuæ memóriam reliquiſti: * tribue quæſumus, ita nos Córporis & Sánguinis tui ſacra myſtéria venerári, * ut redemptiônis tuæ fructū in nobis júgiter ſentiâmꝰ. Qui vivis & regnas cū Deo Patre.

Ad Tertiam.

Antiphona. Angelorum eſca.
Capitulū. Fratres, Ego enim ſuprà.

℣. Panem cæli dedit eis, allelúja.
℞. Panem Angelôrum manducâvit homo, allelúja.

Ad Sextam.

Antiphona. Pinguis eſt panis
Capitulum. 1. Cor. 11.

QUótieſcúmque enim manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis: mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat.

℣. Cibâvit illos ex ádipe fruménti, allelúja. ℞. Et de petra melle ſaturâvit eos, allelúja.

Ad Nonam.

Antiphona. Vincenti.
Capitulum. 1. Cor. 11.

QUicúmque manducáverit panem hunc, vel bíberit cálicem Dómini indígnè, reus erit Córporis & Sánguinis Dómini.

℣. Edûcas panem de terra, allelúja. ℞. Et vinum lætíficet cor hóminis, allelúja.

In II. Veſperis.

Omnia ùt in primis: quarta Antiphona dicitur Qui pacem. cum Pſalmo Lauda.

Ad Magnificat Antiph.

co litur memo ria Paſ-
ſi o nis ejus: mens impletur
gra tia & fu tu ræ
glo riæ nobis pignus da tur,
al le lu ja. 5.

AD MISSAM

C Iba vit e os ex

Introitus.

adipe frumenti, al lelu ja:
& de petra melle ſatura vite-
os, alleluja, alleluja, al-
le lu ja.

Verſus.

Exultate Deo adjutori noſtro: jubilate Deo Jacob. ℣.

Sequentia.

Lauda Sion Salvatorem, lauda Ducem & Paſtorem in hymnis & canticis.

Quantum potes, tantũ aude, quia major omni laude, nec laudare ſufficis.

Laudis thema ſpecia lis, Panis vivus & vitalis hodie proponitur.

Quem in ſacræ Menſa cœnæ, turbæ fratrũ duodenæ datũ non ambigitur.

Sit laus plena ſit ſono ra, ſit ju-

cunda, ſit decora mentis jubilatio.
Dies enim ſolemnis agitur, in qua mē-
ſæ prima recolitur hujus inſtitutio.
In hac menſa novi Regis, novum
paſcha novæ legis, phaſe vetꝰ terminat.
Vetuſtatem novitas, umbram fugat
veritas, noctem lux eliminat.
Quod in cœna Chriſtꝰ geſſit, faci-
endū hoc expreſſit in ſui memoriā.
Docti ſacris inſtitutis, Panē, Vinum
in ſalutis conſecramꝰ Hoſtiam.
Dogma datur Chriſtianis, quod in
carnē tranſit panis, & vinū in ſanguinē.
Quod non capis, quod non vides, animo-
ſa firmat fides, præter rerū ordinem.
Sub diverſis ſpeciebus, ſignis tan-
tùm & non rebus latent res eximiæ.
Caro cibus, Sanguis potus, manet ta-
men Chriſtꝰ totus ſub utraque ſpecie.
A ſumente non conciſus, non confra-
ctus, non diviſus: integer accipitur.


Sumit unus, ſumunt mille: quantū
iſti, tantum ille, nec ſumptus conſumitur.
Sumunt boni, ſumunt mali, ſorte ta-
men inæquali, vitæ vel interitus.
Mors eſt malis, vita bonis: vide paris
ſumptionis, quàm ſit diſpar exitus.
Fracto demū Sacramento, ne vacil-
les, ſed memento, tantum eſſe ſub
fragmento, quantū toto tegitur.
Nulla rei fit ſciſſura: ſigni tantū fit
fractura, qua nec ſtatus nec ſtatura
ſignati minuitur.
hic intonat Sacerdos dans Benedictionem.
Ecce Panis Angelorum, fa-
ctus cibus viatorum: verè panis fi-
liorum, non mittendus canibus.
In figuris præſignatur, cū
Iſaac immolatur: Agnus Paſchæ
deputatur: datur manna Patribus.
Bone Paſtor, panis vere, Jeſu noſtri mi-
ſerere: tu nos paſce, nos tuere, tu nos
bona fac videre in terra viventium.

Offertorium.

Communio.

Sic fit Officium & Miſſa per totam Octavam, exceptâ Dominicâ, quæ habet ut infra.

Infra Octavam non fit de aliquo feſto tranſlato [niſi fit ex ſolemnioribꝰ, ut ſuprà dictum eſt] neque de feſto Semiduplici, ſed transferuntur poſt Octavam.

Hodie, id eſt, in feſto SS. Corp: Chriſti fit

SOLEMNIS PROCESSIO cum Ven: Sacramento.

Ad IV. Stationes Evangeliorum verſùs IV. mundi plagas ſitas. Procedendo itaque ex

Eccleſia ad I. Stationem cantatur à Choro Hymnus Pange lingua glorioſi &c quem vide ſuprà fol. 328. Quo cùm perventum fuerit, impoſitò à Sacerdote thure in thuribulum, Diaconus genuflexus dicit in ſilentio Munda cor meum. &c. & datâ à Sacerdote Benedictione Diaconus verſus ſtans cantat ſequens

Evangelium I.

℣. Dóminus vobíſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Initium ſancti Evangelij ſecúndùm Matthæum ✠ incenſatur textus S. Evangelij more ſolito.
℟. Gloria tibi Dómine.

Liber Generatiónis JESU Chriſti Filij David Filij Abraham. * Abraham génuit Iſaac: Iſaac autem génuit Jacob: Jacob autem génuit Judam & fratres ejus. * Judas autem genuit Phares & Zarā de Thamar: Phares autem génuit Eſron: Eſron autē génuit Aram: Aram autē génuit Amínadab. * Amínadab autē génuit Naâſſon: Naâſſon autem génuit Salmon: Salmon autē génuit Booz de Rahab: Booz autē génuit Obed ex Ruth: Obed autē génuit Jeſſe: Jeſſe autem génuit David regem. * David autē rex génuit Salomonē ex ea, quæ fuit Uriæ. * Sálomon autem genuit Róboam: Róboam autē génuit Abíam: Abías autem génuit Aſa: Aſa autē genuit Jóſaphat. * Jóſaphat autem génuit Joram: Joram autē génuit Ozíam: Ozías autem génuit Joatham: Joatham autē génuit Achaz: Achaz autē génuit Ezechíam. * Ezechías autem génuit Manáſſen: Manáſſes autē génuit Amon: Amon autē génuit Joſíam: Joſías autem génuit Jechoníam & fratres ejus in tranſmigratiône Babylônis. * Et poſt tranſmigratiônem Babylônis Jechonias génuit Saláthiel: Saláthiel autē génuit Zoróbabel: Zorobabel autem génuit Abiud. * Abíud autem génuit Elíacim: Elíacim autem génuit Azor: Azor autem génuit Sadoc: Sadoc autem génuit Achim: Achim autē génuit Elíud: Elíud autem génuit Eleâzar. * Eleâzar autem génuit Mathan: Mathan autē génuit Jacob. * Jacob autē génuit Joſeph Virum Mariæ, de qua natus eſt JESUS, qui vocâtur Chriſtus. ℟. Laus tibi Χρε.

Finito Evangelio Subdiaconus defert Librum oſculandum Sacerdoti, qui ter incenſatus à Diacono, ante Ss. Sacramentum ſtans cantat ſequentes

℣. In omnem terram exivit ſonus eôrum.
℟. Et in fines orbis terræ verba eôrum.

Qui verſ. & ℟. dicuntur ſolùm poſt I. Evang. ſequentes verò ℣℣. etiam poſt omnia alia ſequentia Evangelia.

℣. Oſténde nobis Dómine miſericórdiam tuam. ℟. Et ſalutáre tuum da nobis.
℣. Dóminus dabit benignitâtem.
℟. Et terra noſtra dabit fructū ſuum.
℣. Dómine exáudi oratiônē meā.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
Dóminus vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo.

Oremus.

BEáti Matthæi Apóſtoli & Evangeliſtæ, quæſumus Dómine, précibus adjuvemur: * ut quod poſſibílitas noſtra non óbtinet; * ejus nobis interceſſióne donetur. Per Dóminum.

Alia Oratio pro fructibus terræ; & dicitur etiam ad alias Stationes.

Oremus.

DOmine ſancte Pater omnipotens, æterne Deus, te ſupplices deprecâmur: † ut miſericórdiâ tuâ annuénte concédas nobis meſſium cópiam, frúctuū largitátem tríbuas, vinearūq; ſubſtántiam, árborum fœtus, proventus ómnium rerum: † atque ab his ómnibus peſtíferum ſidus tempeſtâtis, univerſáſque procéllas, frígora & grándines amovêre dignêris. Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Dein Sacerdos incenſum imponit nihil dicens, incenſat Sanctiſſimū, et ſurgens illud recipit de manu Diaconi & converſus ad populum dat Benedictionem dicens.

℣. Sit nomen Dómini benedíctū.
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculū.
℣. Adjutóriū nrm in nómine Dñi.
℟. Qui fecit cælum & terram.

Oremus.

BEnedictio Dei omnipotentis

Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritûs ✠

ſancti: deſcendat ſuper nos, locū



iſtū fructuſq; terræ, & maneat ſemper. ℟. Amen.

His abſolutis proceditur ad II. Statione, & cantatur à Choro ſequens

Hymnus.



SAcris ſolem nijs juncta ſint



gaudia. Et ex præcordijs ſonent præ-



conia. Recedant vetera, nova ſint

omnia cor da voces & o pera

Noctis recólitur cœna noviſſima
Qua Chriſtꝰ créditur agnũ & ázyma
Dediſſe frátribꝰ, juxta legítima
Priſcis indúlta Pátribus.

Poſt agnũ typicũ, explétis épulis
Córpus Domínicũ datũ diſcípulis:
Sic totũ ómnibꝰ, quod totum ſíngulis
Ejus fatémur mánibus.

Dedit fragílibus Córporis férculũ,
Dedit & triſtibus ſánguinis póculũ,
Dicens: Accípite, quod trado váſculum
Omnes ex eo bíbite.

Sic Sacrifícium iſtud inſtítuit:
Cujus officium commítti vóluit
Solis Preſbíteris, quibꝰ ſic cóngruit,
Ut ſumant & dent cæteris.

Panis Angélicus fit panis hóminũ,
Dat panis cælicus figûris términũ:
O res mirábilis! mandûcat Dñm
Pauper ſervus & húmilis.

Te trina Déitas unaq; póſcimus,
Sic nos tu viſita, ſicut te cólimus:
Per tuas ſémitas, duc nos quo téndimus, Ad lucẽ, quã inhábitas.
Amen.

Dum perventũ eſt ad Capellam II. omnia fiunt ſicut in Stat. I. exceptis Evangelio, ℣. & Oratione prima, quæ habentur própria ut ſequitur. idem obſervandũ eſt in reliq. Stat.

Evangelium II.

℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Initium ſancti Evangélij ✠ ſecũm Marcum. ℟. Glória tibi Dñe.

INitium Evangélij Jeſu Chriſti Filij Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaiâ Prophetâ: Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparâbit viã tuam ante te. * Vox clamántis in deſérto: paráte viam Dómini, rectas fácite ſémitas ejus. * Fuit Joánnes in deſerto baptízans & prædicãs baptíſmum pœniténtiæ in remiſſiônem peccatórum. * Et egrediebâtur ad eũ omnis Judææ régio & Jeroſolymitæ univérſi & baptizabántur ab illo in Jordânis flúmine, confiténtes peccáta ſua. * Et erat Joannes veſtitus pilis Cameli & zonâ pellíceâ circa lumbos ejus: & locúſtas & mel ſilvéſtre edébat; & prædicâbat, dicens: Venit fórtior me poſt me, cujus non ſum dignus procũbens ſólvere corrígiam calceamentôrum ejus. * Ego baptizâvi vos aquâ, ille verò baptizâbit vos Spíritu ſancto. ℟. *Laus tibi Chriſte.*

Tum Sacerdos ℣. Conſtítues eos Príncipes ſuper omnem terram. ℟. Memores erunt nóminis tui Dñe & alios ℣℣. ſupra poſt I. Evangelium poſitos cantat, dein

Oremus.

DEus, qui beátum Marcum Evangeliſtam tuum, Evangélicæ prædicatiônis grátiâ ſublimâſti: * tríbue quæſumus, ejus nos ſemper & eruditiône profícere, * & oratiône defendi. Per Dóminum noſtrum.

Dein aliam Orationem pro fructibus terræ ut ſuprà. & datâ Benedictione Proceditur ad III. Stationem, Choro cantante Hymnum, Verbum ſupernum pródiens. ſuprà fol. 330. Ad Capellam III. Diaconus ſtans verſus cantat

Evangelium III.

℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Inítium ſancti Evangélij ✠ ſecúndùm Lucam. ℟. Glória tibi Dñe.

FUit in diébus Heródis regis Judææ Sacérdos quidam nómine Zacharîas, de vice Abîa: & uxor illíus de filiâbus Aaron, & nomen ejus Eliſabeth. * Erant autem juſti ambo ante Deum, incedéntes in ómnibꝰ mandátis & juſtificatiónibus Dómini ſine queréla: & non erat illis fílius, eòquod eſſet Eliſabeth ſtérilis, & ambo proceſſiſſent in diébus ſuis. * Factum eſt autem, cùm ſacerdótio fungerétur in órdine vicis ſuæ ante Deū, ſecúndùm conſuetúdinem ſacerdótij, ſorte exijt, ut incénſum póneret, ingreſſus in Templum Dómini: & omnis multitúdo pópuli erat orans foris hora incénſi. * Appáruit autem illi Angelus Dómini ſtans à dextris Altâris incénſi: & Zacharîas turbátus eſt videns, & timor irruit ſuper eum. * Ait autem ad illum Angelus: Ne tímeas Zacharîa, quóniam exaudíta eſt deprecátio tua: & uxor tua Eliſabeth pariet tibi fílium, & vocâbis nomen ejus Joannem. * Et erit gáudiū tibi & exultátio, & multi in nativitáte ejus gaudébunt. * Erit enim magnus coram Dómino: & vinum & ſíceram non bibet, & Spíritu ſancto replébitur adhuc ex útero matris ſuæ, & multos filiôrū Iſraël convértet ad Dñm Deū ipſôrum. * Et ipſe præcédet ante illū in ſpíritu & virtûte Elíæ: ut convértat corda patrum in fílios, & incrédulos ad prudéntiam juſtôrum, parâre Dómino plebē perféctam.
℟. *Laus tibi Chriſte.*

Tum Sacerdos ℣. Nimis honorâti ſunt amíci tui Deus. ℟. Nimis confortâtus eſt principátus eorum. & alios ℣℣. ſupra poſitos. poſtea

Oremus.

INterveniat pro nobis, quæſumus Dómine, ſanctus tuus Lucas Evangeliſta: * qui Crucis mortificatiónem jugiter in ſuo córpore * pro tui nóminis honôre portâvit. Per Dóminum

Alia Oratio pro fructibus terræ, & Benedictio ut ſuprà.

Procedendo ad Stationem IV. Chorus cantat Hymnum, Jeſu noſtra redemptio. ſuprà folio. 302. Ad Capellam IIII. Diaconus ſtans verſus cantat

Evangelium IV.

℣. Dóminus vobiſcum.
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Inítium ſancti Evangelij ✠ ſecúndùm Joánnem. ℟. Glória tibi Dómine.

IN princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum & Deus erat Verbum. * Hoc erat in princípio apud Deum. * Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt. * In ipſo vita erat, &

vita erat lux hóminum: & lux in ténebris lucet, & ténebræ eam non comprehendérunt. * Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joánnes. * Hic venit in teſtimónium, ut teſtimónium perhiberet de lumine, ut omnes créderent per illum. * Non erat ille lux; ſed ut teſtimónium perhibêret de lúmine. * Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. * In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt: & mundꝰ eum non cognôvit. * In própria venit, & ſui eum non recepêrunt. * Quotquot autem recepêrunt eum, dedit eis poteſtâtem filios Dei fíeri: his, qui credunt in nómine ejus. * Qui non ex ſanguínibus, neque ex voluntâte carnis, neque ex voluntâte viri, ſed ex Deo nati ſunt. * ET VERBUM CARO FACTUM EST, & habitâvit in nobis: & vídimus glóriam ejus, glóriam quaſi Unigéniti à Patre, plenum grátiæ & veritatis. ℟. *Laus tibi Chriſte.*

Tū Sacerdos ℣. Cibâvit illum Dn̄ꝰ pane vitæ & intellectûs. ℟. Et aquâ ſapiéntiæ ſalutâris potâvit eum. & alios ſupra.

Oremus.

Ecclésiam tuam, quæſumꝰ Dómine, benignus illúſtra: * ut beáti Joánnis Apóſtoli tui & Evangeliſtæ illumináta doctrínis, * ad dona pervéniat ſempitérna. Per Dóminum.

Alia Or. pro fructibus ſuprà. & datâ Benedictione regreditur in Eccleſiam, & cantatur à Choro ſequens Reſponſorium.

Reſponſorium.

Ss. Sacramento in Eccleſiam reportato & incenſato Miniſtri cantant ℣. Panem de cælo &c. ut ſupra in I. Veſp. ſubjungit Sacerdos ſtans Dominus vobiscum. &c. Oremus Deus, qui nobis. ibidem. Dein iterum incenſato Sacramento populo benedictionem dat cantans Genitori. &c. incenſat, recondit in Tabernaculo, & diſcedit.

Infra Octavam, quandocumq; datur Benedictio ante Miſſam vel Horam canonic. cantũr II. Strophæ O Salutaris Hoſtia. & Uni Trinóq; Domino, ut ſupra fol. 33i Ex poſt autem II. Strophæ: Tantum ergo Sacramentum. & Genitori, Genitóque.

DOMINICA

Infra Octav. Ss. Corpor. C. ſemidup.

Ad Veſp. Ant. Sacerdos in æternum. cum reliq. & Pſalm. ut ſuprà fol. 327.

Capitulum. 1. Joan. 3.

CHariſſimi, Nolíte mirâri, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus, quóniam tranſláti ſumus de morte ad vitam: quóniam dilígimus fratres.

Reſp. br. Panem cæli dedit eis, allel. all. fol. 330 Hym. Pange lingua glorioſi. fol. 328.

℣. Cibâvit illos ex ádipe fruménti, alleluja. ℟. Et de petra melle ſaturâvit eos, alleluja.

Ad Magnificat Antiph.

Puer Samuel † miniſtrâbat ante

Deum coram Heli: & ſermo Domi-

ni erat pretioſus cũ eo. 7.

Oratio.

SAncti nóminis tui, Dómine, timôrem páriter & amôrẽ fac nos habére perpétuum: quia, nunquam tuâ gubernatióne deſtítuis; * quos in ſoliditáte tuæ dilectiónis inſtítuis. Per Dóminum.

Deinde fit cõmem. Octavæ Ant. O ſacrum convivium. ℣. Panem de cælo. Oratio. Deus qui.

Ad Laudes & Horas Añæ Sapientia, &c. ex Feſto. Capitulum Chariſſimi, Nolíte.

R. breve. Cibâvit illos ex ádipe fruménti, * Alleluja, alleluja ℣. Et de petra melle ſaturâvit eos. Glória.

Hymnus Verbum ſupernum folio. 330.

℣. Panem cæli dedit eis, alla. ℟. Panẽ Angelôrũ manducâvit homo, allelúja.

Ad Benedictus Antiph.

Homo quidam † fecit cœnam magnam, & vocâvit multos; & miſit ſervum ſuum hora cœnæ dícere invitátis, ut venírent; quia ómnia parata ſunt, allelúja.

Oratio. Sancti nominis tui ſupra

Commem. de Oct. ut in feſto

Ad Horas omnia ut in feſto exceptis Oratione & Capitulis quæ habentur ut infra.

Ad Tertiam.

Capitulum. Chariſſimi, Nolite mirari

Ad Sextam.

Capitulum. 1. Joan. 3.

IN hoc cognóvimus charitátem Dei; quóniam ille ánimam ſuam pro nobis póſuit: & nos debémus pro fratribꝰ ánimas pónere.

Ad Nonam.

Capitulum. Ibidem.

FIlíoli mei, non diligâmus verbô neq; linguâ; ſed ópere & veritáte.

In II. Veſperis omnia ut in primis.

Ad Magnificat Antiph.



Exi citò † in plateas & vicos ci-

vitatis, & pauperes ac debiles

cæcos & claudos compelle intra-



re, ut impleatur domus mea,

allelúja. 1.

Oratio. Sancti nominis tui. ſupra.

Cõmem. Octavæ ut ſuprà in I. Veſperis.

Ad Miſſam Introitꝰ.

Ad Proceſſionẽ cantatur ℟. Homo quidam

FERIA QUINTA
Octava SS. Corporis Chriſti.
Duplex majus.

Omnia ut in ipſo Die feſto.
Ad Proceſſionem cantatur Reſponſ. Homo quidam. vel Hymnꝰ Sacris ſolemnijs aut aliis in ipſo Feſto poſitus.

SABBATO

Ante Dominicam iij. poſt Pentecoſten.

Ad Veſperas omnia ex Pſalerio præter Antiphonas & Orat. quæ in proprijs locis aſſignantur quod ſervandum etiam eſt in ſeqq. Sabb. uſq; ad Adv.

Ad Magnificat Antiph.

Cognoverunt omnes † à Dan uſq; Berſabe e, quod fidelis Samuel Propheta eſſet Dñi. i.

Oratio Protector in te ſperantium. quæ habetur infra ubi de Dom. poſt Pentecoſten agitur.

SABBATO

Ante Dominicam jv. poſt Pentecoſt.

Prævaluit David † in Philiſtæum in funda & lapide in nomine Domini. ω.

SABBATO

Ante Dominicam v. poſt Pentecoſt.

Montes Gel boe, † nec ros nec pluvia ve niat ſuper vos: quia in te abjectus eſt clypeus fortium clypeus Saul, quaſi non eſſet unctus oleo: quo modo ceciderunt fortes in bello? Jonathas in excelſis interfectus eſt. Saul & Jo nathas ama biles, & decori valde in vita ſua, in morte quoq; non ſunt diviſi. i.

SABBATO

Ante Dominicam vj. poſt Pentecoſten.

Obſecro Do mine † aufer iniquitatem ſervi tui, quia inſipienter egi. i.

SABBATO

Ante Dominicam vij. poſt Pentecoſt.

Unxerunt † Salomonem Sadoc Sacer dos & Nathan Propheta Regem in Gihon: & aſcendentes læti dixerunt: Vivat Rex in æternum. ω.

Niſi ponenda ſit Antiph. pro Dom. j. Auguſti quia tunc omiſſis Añis de libris Reg. ponuntur de Libris Salomonis. quod etiam in ſeqq. Sabb. obſervetur.

SABBATO

Ante Dom. viij. poſt Pentecoſten.

Exaudi ſti Do mine† oratio-nem ſervi tui, ut ædificarem templum nomini tuo. 7.

SABBATO

Ante Domin. jx. poſt Pentecoſten.

Dum tolleret Dominus† Eliam per turbinem in cælum, Eli-ſæus clamabat: Pater mi, cur-rus Iſrael & auriga ejus. ∞.

SABBATO

Ante Dominicam x. poſt Pentecoſt.

Fecit Joas† rectum coram Dño, cunctis die bus, quibus docuit eũ Jo ja da Sacer dos. 6.

SABBATO

Ante Dominicam xj. poſt Pentecoſt.

Obſecro Domine,† memento quæ-ſo, quomodo ambula verim corã te in veritate, & in corde perfe-cto, & quod placitum eſt, coram te fecerim. 5.

SABBATO

Ante Dominicam j. Auguſti.

Ea autem dicitur j. Dominica Menſis, quæ eſt in Kalendis, vel proximior Kalendis illius menſis, ſive dein fit ante ſive poſt Kalendas.

Sapientia† ædificavit ſibi domũ excidit columnas ſeptem: ſubdidit ſibi gentes ſuperborum, & ſublimiũ colla propriâ virtute calcavit. 7.

SABBATO

Ante Dominicam ij. Auguſti.

Ego in altiſſimis habito & thro-nus meus in columna nubis. ∞.

SABBATO

Ante Dominicam iij. Auguſti.

Omnis ſapientia† à Do mino Deo eſt, & cum illo fuit ſem-per, & eſt ante ævum. ∞.

SABBATO

Ante Dominicam jv. Auguſti.

Sapientia † clamitat in plateis: ſi quis di ligit ſapientiam ad me declinet, & eam inveniet, & cum invenerit, beatus, ſi tenuerit eam.

8.

SABBATO

Ante Dominicam v. Auguſti.

niſi hæc fuerit propinquior Kalend. Septemb. ſic enim iſtâ omiſſâ ponitur Aña pro j. Dom. Sept.

Obſerva fili † præcepta Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: ſed liga e am ſemper in corde tuo. 6.

SABBATO

Ante Dominicam j. Septembris.

Cum audiſſet Job † nuntiorum verba, ſuſtinuit patienter, & ait: Si bona ſuſcepimꝰ de manu Dñi: mala autem, quare non ſuſtineamus? in omnibus his non peccavit Job labijs ſuis: neqꝫ ſtultũ aliquid contra Deũ locutus eſt. i.

SABBATO

Ante Dominicam ij. Septembris.

In omnibus † his non peccavit Job labijs ſuis: neque ſtultum aliquid contra Deũ locutꝰ eſt. i.

SABBATO

Ante Dominicam iij. Septemb.

Ne reminiſcaris Domine † delicta mea, vel parentum meorum neque vindictam ſumas de peccatis meis. 4.

FERIA QUARTA

Quatuor temporum.

Ad Benedictus Antiphona.

Hoc genus † dœmoniôrum in nullo poteſt exire, niſi in oratiône & jejúnio. Oratio.

Miſericórdiæ tuæ remedijs, quæſumꝰ Dómine, fragílitas noſtra ſubſíſtat: ut, quæ ſuâ conditióne attéritur, tuâ cleméntiâ reparétur. Per Dominum.

FERIA SEXTA

Quatur temporum.

Ad Benedictus Antiphona.

Mulier,† quæ erat in civitâte peccátrix, ſtans retrò secùs pedes Dómini, lacrymis cœpit rigâre pedes ejus, & capillis cápitis ſui tergébat, & deoſculabâtur pedes ejus & unguentô ungebat.

Oratio.

PRæſta, quæſumus omnípotens Deus: ut obſervationes ſacras annuâ devotióne recoléntes, & córpore tibi placeâmus & mente. Per Dóminum.

SABBATO

Quatuor temporũ.

Ad Benedictus Antiphona.

Illuminâre† Dómine ijs, qui in ténebris ſedent, & dírige pedes noſtros in viam pacis Deus Iſrael.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui per continentiam ſalutárem corpóribus medéris & méntibus: majeſtâtem tuam ſúpplices exorâmus; ut pia jejunántiũ deprecatióne placâtus & præſéntia nobis ſubsídia tríbuas & futûra. Per Dominum.

Quæ Orationes ſolùm dicuntur uſq; ad Veſp.

Ad Magnificat Antiphona.

Adonai Domine† Deus magne & mirabilis, qui dediſti ſalutẽ in manu fœminæ, exaudi preces ſervorum tuorum. ꝏ.

SABBATO

Ante Dominicam v. Septembris.

Domine Rex omnipotens,† in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt, qui poſſit tuæ reſiſtere voluntati. 2.

SABBATO

Ante Dominicam j. Octobris.

Adaperiat Dominus† cor veſtrũ in lege ſua, & in præceptis ſuis: & faciat pacem Dominus Deus noſter. ꝏ.

SABBATO

Ante Dominicam ij. Octobris.

Refulſit ſol† in clypeos aureos & reſplenduerunt montes ab eis; & fortitudo gentium diſſipata eſt. ꝏ.

SABBATO

Ante Dominicam iij. Octobris.

Lugebant autem† Judam Iſra-

el planctu magno, & dicebat: quomodo cecidiſti potens in prælio, qui ſalvum faciebas populum Domini. i.

SABBATO
Ante Dominicam jv. Octobris.

Exaudiat Dominus † orationes veſtras, & reconcilietur vobis: nec vos deſerat in tempore malo Dominus Deus noſter. i.

SABBATO
Ante Dominicam v. Octobris.

Tua eſt potentia, † tuũ regnum Dñe: tu es ſuper omnes gentes: da pacem Domine in diebus noſtris. i.

SABBATO
Ante Dominicam j. Novembris.

Vidi Dominum † ſedentẽ ſuper ſolium excelſum: & plena erat omnis terra majeſtate ejus: & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. i.

SABBATO
Ante Dominicam ij. Novembris.
Si November ſolùm quatuor Dominicas, tunc ſequente Aña Aſpice Dñe. prætermiſſa dicitur ſubſequens Aña. Muro tuo.

Aſpice Domine, † quia facta eſt deſolata civitas plena divitiis: ſedet in triſtitia domina gentium: non eſt, qui conſoletur eam, niſi tu Deus noſter. i.

SABBATO
Ante Dominicam iij. Novemb.

Muro tuo † inexpugnabili circumcinge nos Domine, & armis tuæ potentiæ protege nos ſemper. i.

SABBATO
Ante Dominicam jv. Novembris.

Qui cælorum † contines thronū, & abyſſos intu- eris Domine rex regū: montes ponderans, terram palmo concludis: exaudi nos Domine in gemitibus noſtris. A.

SABBATO
Ante Dominicam v. Novembris.

Super muros tuos, † Jeruſalem conſti tui cuſtodes, tota die & nocte non tacebunt laudare nomen Domini. A.

Poſt ultimam Dominicam Novembris ad Veſp. Aña cum Pſalmis ex Pſalterio. Reliqua ut ſuprà Sabb. ante Dom. j. Advent.

IN DOMINICIS POST PENTECOSTEN
Orationes, Antiphonæ ad Benedictus & Magnificat, & Miſſæ.

DOMINICA III.
Oratio.

Protéctor in te ſperántium Deus, ſine quo nihil eſt válidum, nihil ſanctum: * multíplica ſuper nos miſericórdiam tuam; * ut te rectóre, te duce ſic tranſeâmus per bona temporália, ut non amittâmus æterna. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiphona.

Quis ex vobis homo, † qui habet centum oves; & ſi perdíderit unam ex illis, nonne dimíttit nonaginta novē in deſérto, & vadit ad illam, quæ períerat, donec inveniat eam? alleluja.

Ad Magnificat Antiphona.

Quæ mulier habens drachmas decem; & ſi perdide- rit drachmā unam: nonne accendit lucernam & everrit domum & quærit diligenter, donec inveniat. 6

Ad Miſſam.

Introitus. Reſpice in me, & miſere- re mei Domine: quoniam unicꝰ

& pauper ſum ego: vide humilitatem meam & labo rem meū: & dimitte omnia peccata me a De us me us.

Pſalmus.

Ad te Domine levavi animam meam: Deus meus in te confido non erubeſca. VI.

Pro Graduali.

Alle lu ja, al le lu ja.

Deus judex juſtus, fortis & patiens, numquid iraſcitur per ſingulos dies, al le lu ja.

Offertorium.

Sperent in te omnes, qui noverunt no men tuum Do mine: quoniam n derelinquis quæren tes te: pſallite Do mino, qui habitat in Si on: quoniam non eſt obli tus oratio- nem pauperum.

Communio.

Dico vobis: Gaudium eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœniten tiam agen te.

DOMINICA IV.

Oratio.

DA nobis, quæſumꝰ Dñe, ut

& mundi curſus pacificè nobis tuo órdine dirigâtur: * & Eccleſia tua * tranquilla devotiône lætétur. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiphona.

Aſcéndens Jeſus † in navim, & ſedens docébat turbas, allelúja.

Ad Magnificat Antiph.

Præceptor † per totam noctem laborantes nihil cœpimꝰ, in verbo autē tuo laxabo rete. A.

Ad Miſſam.

Introitus

Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quē timebo? Dominꝰ defenſor vitæ meæ, à quo trepitabo? qui tribulāt me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.

Pſalmus.

Si conſiſtant adverſum me caſtra: non timebit cor meum. II.

Pro Graduali.

Alleluja, alleluja.

Deus, qui ſedes ſuper thronū & judicas æquitatem, eſto refugium pauperum in tribulatione. alleluja.

Offertoriū.

Illumina oculos meos, ne umquā obdormiam in morte: ne quando di

cat inimicus me us: prævalui adverſus e um.

Communio.

Dominus firmamentū meum & refugium meum, & liberator me- us, Deꝰ meus, adjutor me us.

DOMINICA V.

Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inviſibilia præparâſti: infúnde córdibꝰ noſtris tui amôris affectum; * ut te in ómnibꝰ & ſuper ómnia diligéntes, * promiſſiónes tuas, quæ omne deſidériū ſuperant, conſequâmur. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiph.

Audíſtis, † quia dictū eſt antíquis: Non occídes: qui autē occíderit, reus erit judicio.

Ad Magnificat Aña.

Si offers munus tu um † ad alta- re, & recordatus fu- eris, quia frater tuus habet aliquid adverſus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munꝰ tuum, alleluja.

Ad Miſſam.

Introitus.

Exaudi Do mine vocē meā, qua clamavi ad te, adjutor meꝰ eſto, ne derelinquas me: neqꝫ deſpicias mē Deus ſalutaris meus.

Pſalmus.

Dominus illuminatio mea & ſalus mea: quem timebo. IV.

Pro Graduali.

Allelu ja, al le lu ja. ℣. Do- mine in virtute tu a lætabitur rex: & ſuper ſalutare tu um exultabit vehementer. allelu ja.

Offertorium.

Benedicam Dominum, qui tri buit mi hi intelle ctum: providebā Deū in conſpectu meo ſem per: quoniā à dextris eſt mi hi, ne commo vear.

Communio.

Unā pe tij à Do mino, hanc re- quiram: ut inhabitem in domo Domini omnibꝰ diebꝰ vitæ me æ.

DOMINICA VI.

Oratio.

DEus virtûtum, cujus eſt totum, quod eſt óptimū: inſere pectóribꝰ noſtris amôrem tui nóminis, & præſta in nobis religiônis augméntum: * ut, quæ ſunt bona nútrias, * ac pietâtis ſtúdio, quæ ſunt nutríta, cuſtódias. Per Dūm.

Ad Benedictus Antiph.

Cùm turba multa † eſſet cū Jeſu, nec habérent, quid manducárent convocâtis diſcípulis, ait illis: Miſéreor ſuper turbam; quia ecce jā tríduô ſuſtinent me, nec habent, quod mandûcent, allelúja.

Ad Magnificat Añā.

Miſe reor † ſuper turbam; quia



7.

Ad Miſſam.

Introitus.

Pſalmus.

Pro Graduali.

Offertorium.



Communio.

DOMINICA VII.

Oratio.

Deus, cujus providéntia in ſui diſpoſitióne non fállitur: * te ſúpplices exorâmus; * ut nóxia cuncta ſubmóveas, & ómnia nobis profutûra concédas. Per Dóminum noſtrum.

Ad Benedictus Antiphona.

Atténdite † à falſis prophétis, qui véniunt ad vos in veſtiméntis óvium, intrínſecus autẽ ſunt lupi rapáces: à frúctibꝰ eôrum cognoſcétis eos, alleluja.

Ad Magnificat Antiphona.

Ad Miſſam.

Introitus.

Pſalmus.



Pro Graduali.

Omnes gentes plau dite ma nib9:

jubilate Deo in voce exulta-

tio nis. allelu = ja.

Offertorium.

Sicut in holocauſtis arietum & taurorũ:

& ſicut in millibus agnorum pinguium:

ſic fiat ſacrificium no ſtrum in conſpe

ctu tuo hodie, ut placeat tibi: quia non

eſt confuſio confidentibus in te Domine.

Communio.

Incli na aurem tuam, acce-

- lera, ut eri pias me.

DOMINICA VIII.

Oratio.

Largîre nobis quæſumus Dñe ſemper ſpíritum cogitándi, quæ recta ſunt, propítiùs & agéndi: * ut qui ſine te eſſe non poſſumus; * ſecúndùm te vívere valeâmus. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiphona.

Ait Dóminus víllico: † Quid hoc aúdio de te? redde ratiônem villicatiônis tuæ, allelúja.

Ad Magnificat Antiphona.

Quid fa ciam † quia Dñs meus

aufert à me villicationem? fo de-

re non va leo, mendicare eru-

beſco: ſcio, quid fa ciam; ut cum a-

motus fuero à villicatione, reci-

piant me in domos ſuas. 4.

Ad Miſſam.

Introitus.

S Uſce pi mus De us

miſe ri cordiam tuam, in me dio

Pſalmus.



Pro Graduali.

Offertoriũ. Populum humilem. ſupra. 153.

Communio.

DOMINICA IX.

Oratio.

PAteant aures miſericórdiæ tuæ, Dñe, précibus ſupplicántium: * & ut peténtibus deſiderátæ concédas, * fac eos, quæ tibi ſunt plácita, poſtuláre. Per Dñm.

Ad Benedictus Antiphona.

Cùm appropinquâret † Dñꝰ Jerúſalem, videns civitâtem, flevit ſuper illam, & dixit: Quia ſi cognoviſſes & tu: quia vénient dies in te, & circúmdabunt te inimíci tui vallo, & circúmdabunt te, & coanguſtábunt te úndique, & ad terram proſternent te: eoquod non cognoviſti tempus viſitatiónis tuæ, allel.

Ad Magnificat Antiph.



a domus orationis eſt cunctis

Gentibus: vos autem feciſtis illã
ſpeluncam latronum. Et e rat
quotidie do cens in templo.
Ad Miſſam.
ECce De us adjuvat me,
Introitus.
& Dominꝰ ſuſceptor eſt animæ meæ:
averte mala inimicis meis, & in ve-
ritate tua diſperde illos protec-
tor meus Domine.
Pſalmꝰ.
Deus in nomine tuo ſalvum me fac: &
in virtute tua libera me. V.
Pro Graduali.
Allelu ja, al le lu ja. E-
ripe me de inimicis meis De-
us meus: & ab inſurgentibus in
me li bera me. allelu ja.
Offertoriũ. Juſtitiæ Domini. fol. 144.
Communio.
Qui manducat meam carnem,
& bibit meum ſanguinem, in me
ma net, & ego in e o, di-
cit Dominus.

DOMINICA X.

Oratio.

DEus, qui omnipoténtiam tuã parcendo máxime & miſerando manifeſtas: * multíplica ſuper nos miſericórdiam tuam, * ut ad tua promiſſa curréntes, cæléſtium bonôrum fácias eſſe conſórtes. Per Dóminum.

Ad Benedictus Aña.

Stans à longè † Publicánus nolébat óculos ad cælũ levâre, ſed percutiébat pectus ſuum, dicens: Deus propítius eſto mihi peccatôri.

Ad Magnificat Aña.

Deſcendit hic † juſtificatus in domũ ſuam ab illo: quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Ad Miſſam.

Introitus.

DUm clamarem ad Dñm exaudivit vocem me am, ab his, qui appropinquant mihi: & humiliavit e os, qui eſt ante ſæcula & manet in æter num: jacta cogitatũ tuũ in Dño, & ipſe te e nutriet.

Pſalmus.

Exaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam: intende mihi, & exau di me. III.

Pro Graduali.

Alle lu ja, al lelu ja. Te decet hymnus Deus in Si on: &

ti bi reddetur votum in Je ru ſa-

lē. alle lu ja.

Offertorium. Ad te Domine. folio. 126.

Communio.

Accepta bis ſacrificiū ju ſtiti-

æ, oblationes & holocau ſta ſu-

per altare tuum Do mine.

DOMINICA XI.

Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, qui abundántiâ pietátis tuæ & mérita ſúpplicum excédis & vota: ✱ effúnde ſuper nos miſericórdiam tuam, ut dimíttas, quæ conſciéntia métuit, ✱ & adjícias, quod orátio non præſûmit. Per Dñm.

Ad Benedictus Antiph.

Cùm tranſiſſet † Dóminus fines Tyri, ſurdos fecit audíre, & mutos loqui.

Ad Magnificat Aña.

Bene omnia fecit † & ſurdos fecit au dire, & mutos loqui. 5.

Ad Miſſam.

Introitus.

DEus in lo co ſancto ſu o:

Deus, qui inhabitare fa cit unani-

mes in domo: ipſe dabit virtutem

& fortitudinem ple bi ſu æ.

Pſalmus.

Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus: & fugiant, qui oderūt eū à facie ejꝰ. V.

Pro Graduali.

Alle lu ja, al le lu ja.

Ex ultate Deo, adjuto ri noſtro,





Offertor: Exaltabo te. fol. 125.

Communio.





DOMINICA XII.

Oratio.

Omnípotens & miſéricors Deus, de cujus múnere venit, ut tibi à fidélibus tuis dignè & laudabíliter ſerviátur: * tríbue quæſumus nobis,* ut ad promiſſiónes tuas ſine offenſióne currâmus. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiph.

Magíſter, quid faciéndo, † vitam ætérnam poſſidébo? at ille dixit ad eum: In lege quid ſcriptum eſt? quómodo legis? Díliges Dóminũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, allelúja.

Ad Magnificat Aña.

Ad Miſſam.

Introitus.

dantur & revereantur inimici me-

i, qui quærunt animam me am.

Pſalmus.

Avertantur retrorſum & erubeſcant,

qui cogitant mi hi mala. VII. Pro Graduali.

Alle luja, al lelu ja. Do-

mine Deus ſalutis meæ, in die cla-

mavi & nocte coram te, al leluja.

Offertorium. Precatus eſt. folio 140.

Communio.

De fructu operũ tuorum Domine

ſatiabitur terra: ut educas panem

de terra, & vinũ lætificet cor homi-

nis: ut exhilaret faciem in oleo,

& panis cor hominis confirmet.

DOMINICA XIII.

Oratio.

OMnipotens ſempitérne Deus, da nobis fídei, ſpei & charitâtis augméntum: * & ut mereâmur aſſequi, quod promíttis, * fac nos amâre, quod præcipis. Per Dñm.

Ad Benedictus Aña.

Cùm tranſíret † Jeſus quoddam caſtéllum, occurrérunt ei decem viri leprôſi, qui ſteterunt à longè, & levavêrunt vocem, dicéntes: Jeſu præcéptor, miſerére noſtri.

Ad Magnificat Aña.

Unus autem † ex illis, ut vi-

dit, quod mundatus eſt, re-

greſſus eſt cum magna voce mag-

nificans Deum, alleluja. 2.

Ad Miſſam.

Introitus.

Reſpice Do mine in teſta- mentum tuum, & animas paupe- rum tuorum ne derelinquas in finẽ: exurge Domine, & judica cau- ſam tuam, & ne obliviſcaris voces quæren tium te.

Pſalmus.

Ut quid Deus repuliſti in finem: iratus eſt furor tuus ſuper oves paſ cuæ tuæ. VIII.

Pro Graduali.

Allelu ja, al lelu ja. Do- mine refu gium factus es no- bis, à generatione & proge- nie. alle lu ja.

Offertorium In te ſperavi. fol. 132.

Communio.

Panem de cæ lo dediſti no bis Domine, habentem omne delecta- mentũ, & omnẽ ſaporẽ ſua vita tis.

DOMINICA XIV.

Oratio.

Cuſtôdi Dómine, quæſumus, Eccléſiam tuam propitiatióne perpétua: * & quia ſine te lábitur humána mortálitas: * tuis ſemper auxílijs & abſtrahâtur à nóxijs, & ad ſalutária dirigâtur. Per Dóminum noſtrum.

Ad Benedictus Antiph.

Nolíte ſollíciti eſſe, † dicéntes: quid manducábimus, aut quid bibêmus? ſcit enim Pater veſter, quid vobis neceſſè ſit, alleluja.

Ad Magnificat Aña.

Quærite primùm † regnū Dei, & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis, alleluja.

Ad Miſſam.

Introitus. Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciē Chriſti tui, quia melior eſt dies una in atris tuis ſuper mil lia.

Pſalmus.

Quàm dilecta tabernacula tua Dñe virtutū: concupiſcit & deficit anima mea in a-

tria Domini. ℟.

Pro Graduali.

Allelu ja, al le lu ja. Venite, exultemus Domino: jubilemus Deo ſaluta ri no ſtro, alle- lu ja.

Offertorium. Immittet Angelus fol. 134.

Communio.

Primùm quærite regnū De i, & om nia adjicientur vobis, di cit Dominus.

DOMINICA XV.

Oratio.

Eccléſiam tuam, Dñe, miſe-

rátio continua mundet & múniat: ✱ & quia ſine te non poteſt ſalva conſiſtere, ✱ tuo ſemper múnere gubernêtur. Per Dñm.

Ad Benedictus Aña.

Ibat Jeſus † in civitátem, quæ vocátur Naim; & ecce defúnctus efferebâtur fílius únicus matri ſuæ.

Ad Magnificat Aña.

Propheta magnus † ſurrexit in nobis: & quia Deus viſitavit plebem ſuam. 4.

Ad Miſſam Introitus.

INcli na Do mine aurē tuā ad me, & exaudi me: ſalvum fac ſervum tuum Deus meus ſpe rantem in te: miſerere mihi Domine, quoniã ad te clamavi tota di e.

Pſalmus.

Lætifica animam ſervi tui: quia ad te Domine animam me am levavi. I.

Pro Graduali.

Allelu ja, al lelu ja. Quoniam De us mag nus Do minus & Rex magnus ſuper omnem terram, al le lu - ja. 66

Offertoriũ. Expectans fol. 151.

Communio.

Pa nis, quē e go dedero, caro me - a eſt pro ſæculi vi - ta.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

DOMINICA XVI.

Oratio.

TUa nos, quæſumus Dómine, grátia ſemper & prævéniat & ſequâtur: * ac bonis opéribꝰ júgiter præſtet†eſſe intentos. Per Dominum.

Ad Benedictus Aña.

Cùm intraret† Jeſus in domū cujúsdam príncipis Phariſæôrū Sabbato manducâre panem: ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum: ipſe verò apprehénſum ſanâvit eum, ac dimiſit.

Ad Magnificat Aña.

Cùm vocatus fueris† ad nuptias recumbe in noviſſimo loco, ut dicat tibi, qui te invitavit: Amice, aſcende ſuperiùs: & erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus, alleluja. 7.

Ad Miſſam.

Introitꝰ. MIſe re re mihi Domine quoniam ad te clamavi tota die: quia tu Domine ſuavis ac mitis es, & co pioſus in miſericordia omnibus invocan tibus te.

Pſalmus.

Inclina Domine aurē tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper ſum ego. VIII.

Pro Graduali.

Alle lu ja, al le lu ja. Cantate Domino can ticum no vum, quia mirabi lia fecit Do minꝰ, alle lu ja.

Offertor. Domine in auxilium. fol. 141.

Communio.

Domine memorabor juſti tiæ tuæ ſo li us: Deus docui ſti me à juventu te me a: & uſque in ſenectam & ſe nium, De us ne derelin quas me.

DOMINICA XVII.

Oratio.

DA quæſumus Dómine, pópulo tuo diabólica vitáre contágia: * & te ſolum Deum * purâ mente ſectári. Per Dñm.

Ad Benedictus Antiph.

Magíſter, † quod eſt mandátum magnum in lege? Aït illi Jeſus: Díliges Dóminũ Deum tuũ ex toto corde tuo, alleluja.

Ad Magnificat Aña.

Quid vo bis videtur † de Xpo cujus fi lius eſt? dicunt ei om nes Da vid: dicit e is Je ſus: Quomodo David in ſpiritu vocat eũ Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. 4.

Ad Miſſam Introitus.

JUſtus es Domine, & rectũ judi ciũ tuũ: fac cũ ſervo tuo ſecundùm miſericordiam tu am.

Pſalmus.

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. I.

Pro Graduali.

Alle lu ja, al lelu ja. Do-

mine exaudi orationem meam,

& clamor meus ad te per ve -

niat, alle lu ja.

Offertor.

O - ravi Deum meum ego Daniel

dicens: Exaudi Domine preces ſervi

tui: illumina faciem tuam ſuper

ſanctuarium tuum: & propitius intende

populum iſtum, ſuper quem invocatum

eſt nomen tuum De us.

Commun.

Vovete & reddite Dño Deo ve-

ſtro omnes, qui in circuitu ejꝰ af-

fertis munera: terribili & e i, qui

aufert ſpiritũ principum: terri-

bili apud omnes re ges ter ræ.

DOMINICA XVIII.

Oratio.

Dirigat corda noſtra, quæſumus Dómine, tuæ miſeratiónis operátio: * quia tibi ſine te placére * non poſſumus. Per Dóminum noſtrum.

Ad Benedictus Aña.

Dixit Dóminus† paralytico: Confide fili, remittúntur tibi peccáta tua.

Ad Magnificat Aña.

Tulit ergo paralyticus† lectũ

ſuum, in quo jacebat magni fi-

cans Deum: & omnis plebs, ut vi-

dit, dedit laudem Deo. 4.

Ad Miſſam

Introitus.

DA pacē Domine ſu ſti- nentibus te, ut Prophetæ tui fide- les inveniantur: exaudi preces ſervi tui, & plebis tuæ Iſ raël.

Pſalmus.

Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mi- hi: in domū Domini ibimus. *Pro Graduali.*

Allelu ja, al lelu ja. Ti- mebunt Gen tes no men tuum Domine: & omnes reges ter- ræ glo riā tu am, allelu ja.

Offertorium.

Sanctificavit Moyſes altare Domino offerens ſuper illud holocauſta, & im- molans victimas: fecit ſacrificium veſ- pertinum in odorem ſuavitatis Do mi- no Deo in conſpectu filiorū Iſ raël.

Communio.

Tollite ho ſtias & introite in a- tria ejus: adora te Dominum, in au la ſan cta e jus.

DOMINICA XIX.

Oratio.

OMnípotens & miſéricors Deus, univérſa nobis adverſántia propitiâtus exclúde: * ut mente & córpore páriter expedíti, * quæ

tua ſunt, líberis méntibus exequâmur. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiphona.

Dícite invitâtis: Ecce prándiū meum parâvi, venîte ad núptias, alleluja.

Ad Magnificat Aña.

Intravit autem Rex, ut videret diſcumbentes; & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali: & aït illi: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? 3.

Ad Miſſam.

Introitus.

SAlus populi ego ſū, dicit Dominus: de quacunque tribulatio ne clamaverint ad me exau diam e os, et ero illorū Do -minus in per pe tuū.

Pſalmus.

Attendite popule meus legem meā: inclinate aurem veſtrā in verba oris mei. ℣

Pro Graduali.

Al le lu ja, al le lu ja. Confitemini Domino, & invocate nomen ejus: annuntia te inter gentes o pera e jus, alle lu ja.

Offertorium. Si ambulavero. fol. 147.

Communio.

Tu mandaſti, mandata tu a cu-

ſtodi ri ni mis: utinam dirigã-

tur vi æ me æ ad cuſtodiẽdas

juſtifica tio nes tu - as.

DOMINICA XX.

Oratio.

LArgíre, quæſumus Dñe, fidélibus tuis indulgéntiam placâtus, & pacem: * ut páriter ab omnibus mundéntur offénſis, * & ſecúrâ tibi mente deſérviant. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiph.

Erat quidam Régulus, † cujus filius infirmabâtur Caphárnaum: hic, cùm audiſſet, quod Jeſus veníret in Galilæam, rogâbat eum ut ſanâret filium ejus.

Ad Magnificat Ana.

Cognovit autẽ pater, † quia illa

hora erat, in qua dixit Je ſus:

Fi lius tuus vivit: & credidit

ipſe & domꝰ ejus tota. 3.

Ad Miſſam.

Introitus.

OMnia, quæ feciſti nobis

Do mine, in vero judicio fe ci-

ſti: quia peccavimus ti bi, & mã-

datis tuis non obedivimus: ſed

da glori am nomini tuo, &

fac nobiſcum ſecundùm multi-

tu dinem miſericordiæ tu æ.

Pſalmus.

Beati immaculati in vi a, qui ambu-

lant in lege Domini. III.

Pro Graduali.

Alleluja, alleluja. Paratum cor meũ Deus, paratum cor meum: cantabo & pſallam tibi gloria mea, alleluja.

Offertorium. Super flumina. fol. 161.

Communio.

Memento verbi tui ſervo tuo Domine, in quo mihi ſpem dediſti: hæc me conſolata eſt in humilitate mea.

DOMINICA XXI.

Oratio.

Famíliam tuam, quæſumus Dómine, contínuâ pietâte cuſtôdi: * ut à cunctis adverſitátibus te protegénte ſit líbera, * & in bonis actibus tuo Nómini ſit devôta. Per Dóminum.

Ad Benedictus Aña.

Dixit autem † Dóminus ſervo: Redde, quod debes. Prócidens autem ſervus ille rogâbat eum, dicens: Patiéntiam habe in me, & ómnia reddam tibi.

Ad Magnificat Aña.

Serve nequam † omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: nonne ergo opportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum, alleluja.

Ad Miſſam Introitus.

In voluntate tua Domine univerſa ſunt poſita: & non eſt

qui poſſit reſiſtere voluntati tuæ:
tu enim feciſti omnia, cælum &
terram, & univerſa, quæ cæli am-
bitu continentur: Dominus uni-
verſorum tu es.
Pſalmus.
Beati immaculati in via: qui ambulant
in lege Domini. IV.
Pro Graduali.
Alleluja, alleluja. In
exitu Iſrael de Ægypto, do-
mus Jacob de populo bar-
baro, alleluja.
Offertorium.
Vir erat in terra Hus nomine Job ſim-
plex & rectus ac timens Deum, quem ſa-
tan petijt, ut tentaret: & data eſt ei po-
teſtas à Domino in facultates & in carnẽ ejꝰ:
perdiditque omnem ſubſtantiã ipſius & fi-
lios: carnẽ quoqꝫ ejus gravi ulcere vulneravit.
Communio.
In ſalutari tuo anima mea, & in
verbũ tuũ ſperavi: quando facies
de perſequentibus me judicium?

iniqui perſecuti ſunt me, adjuva me Domine De us me us.

DOMINICA XXII.

Oratio.

Deus refúgium noſtrũ & virtus, adéſto piis Eccléſiæ tuæ précibus auctor ipſe pietâtis, & præſta: * ut quod fideliter pétimus, * efficáciter conſequâmur. Per Dóminum.

Ad Benedictus Antiphona.

Magíſter, † ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritâte doces, alleluja.

Ad Magnificat Aña.

Reddite ergo † quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ ſunt De i, De o, al le lu ja. A.

Ad Miſſam.

Introitus.

SI ini quitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit? quia apud te propitiatio eſt De us Iſraël.

Pſalm. De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. III.

Pro Graduali.

Allelu ja, al le lu ja.

Qui timent Dominum, ſpe rent in eo, adjutor & protector e o rum eſt, al le lu ja.

Offertorium.

Recordare mei Domine omni potentatui dominans: & da ſermonem re-

ctum in os meum, ut placeant ver ba mea in conſpectu principis.

Communio.

Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus: inclina aurem tuam & exau di ver ba me a.

DOMINICA XXIII.

Oratio.

ABſólve, quæſumus Dn̄e, tuórum delícta populórum: * ut à peccatórum néxibus, quæ pro noſtra fragilitáte contráximus,* tua benignitáte liberémur. Per Dóminum.

Ad Benedictus Aña.

Dicébat enim† intra ſe: Si tetígero fímbriam veſtimenti ejus, tantùm: ſalva ero.

Ad Magnificat Aña.

At Jeſus converſus† & videns eam dixit: confide filia: fides tua te ſalvam fecit, alleluja. I.

Si verò hæc Dominica fuerit ultima poſt Pentecoſten, ejus loco ponitur xxjv. ut infra, & Officium hujus Dominicæ ponitur in Sabb. præced. non impedito Feſto xij. Lect. alioquin feriâ vj. aut aliâ ſimiliter non impeditâ.

Sequens Miſſa dicitur tam in præſenti quàm etiam ſequenti Dominicâ ultimâ, imò etiam in illis omnibus Dominicis poſt Epiphaniam, ſi ex ijs quædam huc transferri contingat, licèt ibidẽ proprias Miſſas habeant.

Ad Miſſam.

Introitus. DIcit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: invocabitis me & ego exaudiam vos, & reducam captivitatẽ veſtrã de cunctis lo cis.

Pſalmus. Benedixiſti Domine terram tuam: avertiſti captivitatem Jacob. VI. Pro Graduali.

Offertorium.



Communio.





Dominicæ poſt Pentecoſten non poſſunt eſſe pauciores viginti tribus, neque pluris viginti octo. Cum autem fuerint plures quàm viginti quatuor, tunc poſt Dominicam xxiij. reſumuntur, quæ eo anno ſuperfuerunt poſt Epiphaniam, quoad Orationes & Antiphonas ad Benedictus & Magnificat. hoc ordine.

Si Dominicæ poſt Pentecoſten fuerint xxv. Dominica xxjv. poſt Pentecoſten erit, quæ eſt vj. poſt Epiphaniam.

Si fuerint Dominicæ xxvj. Dominica xxjv. erit, quæ eſt v. poſt Epiphaniam. & xxv. quæ vj.

Si fuerint Dominicæ xxvij. Dominica xxjv. erit, quæ eſt jv. poſt Epiph. xxv. erit v. & xxjv. erit vj.

Si fuerint xxviij. Dom. Dominica xxjv. erit, quæ eſt iij. poſt Epiphaniam. xxv. erit jv. & xxvj. erit v. ac xxvij. erit vj. & ultimo loco ſemper ponitur, quæ ſequitur hic in ordine xxiv.

DOMINICA XXIV.

& ultima poſt Pentecoſten.

Oratio.

EXcita, quæſumus Dómine, tuórum fidélium voluntátes: * ut divíni óperis fructū propénſiùs exequéntes; * pietátis tuæ remédia majóra percípiant. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

Ad Benedictus Antiphona.

Cùm vidéritis † abominatiōnē deſolatiónis, quæ dicta eſt à Daniéle Prophéta, ſtantem in loco ſancto: qui legit intélligat.

Ad Magnificat Añā.



Miſſa Dicit Dominus. ſup. 375.